BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Iustinus, Marcus Iunianus

Ex Trogo Pompeio Historia

Hagenoa 1526
4 A.lat.b. 344
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00019265-1
VD16 T 2051

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

00019285

00019265

1347.
4° A. lat. b. 344

Cosfio Historiarum mundi totius
est speculum.

Lamberti Hortensij Montfortij historici
de bello Germanico libri septem. 4.

LIber Collegii Societatis
IESV Monachii, Cata-
logo inscriptus. Anno

00019265

Collegij Societatis JESV Monachij

IVSTINI EX TROGO POMPEIO HISTORIA, DILIGENTISSIME recognita, & ab omnibus, quibus scatebat mendis, collatis ad authorem Græcis & Latinis Historicis repurgata. Cui præterea non parum lucis, ex iisdem transcriptis sententiis, & indicato historiæ ordine, adcessit.

Adiecta est Monarchiarum quoq; ratio. Vbi cui quisq; regum imperio præfuerit, & quàm diu regnauerit, uidcas, ad Iustini in primis, & aliarum quoq; historiarum explicationem conductura.

Cum Priuilegio Imperiali,
ad Sexennium.

Alexius Morolfus

Haganoæ apud Iohan. Secer.
Anno M. D. XXVI.

00019265

PHILIPPVS
MELANCHTHON
CHRISTOPHORO
STALBERGIO S.



ONAM OPERAM NAVA *uit in recognoſcendo, repurgandoq; Iuſtino Georgius noſter. Nam & mendas multas deterſit, & obſcuris autoris locis paſsim lucem attulit, dum collatis ad hunc ſcriptorem Græcis hiſtoricis rerum geſtarum ſeriem ordine & ut illi dicunt κατὰ πόδα tranſcriptis Græcorum ſententijs indicat. Porro non alia pars literarum plus aut uoluptatis aut utilitatis adfert ſtudioſis quàm hiſtoria. Et quia me autore uigilias ſuas edit, libuit operi præfigere hanc epiſtolam, qua cum tibi, tum alijs aduleſcentibus qui uerſantur in literis commendarem autorem. Debet autem hoc nomine tibi Iuſtini libellus in primis placere, quod omnium ſeculorum, omniumq; gentium maxime inſignes hiſtorias in compendium contraxit, & uno tanq̃ faſce comprehendit, & uelut in tabula ſimul omnium rerum publicarum caſus & conuerſiones, magnorum hominum conſilia, & euentus ſpectãdos dedit. Quorum cognitio non dici poteſt, quantum ad iudicandos hominum mores, & uel ad uitam priuatim inſtituendam, uel ad res communes recte gerendas conducat. Quare mi Chriſtophore ad id genus ſtudiorũ in quo uerſaris, cuiq; te uir ſapientiſsimus pater tuus deſtinaut, non paruam acceſſionem feceris, ſi adhibueris Iuſtini commentarium. Tu modo perge urgere inceptũ ſtudiorum curſum. Quid enim ſi recte eſtimes aut utilius, aut honeſtius, aut ſuauius, Dij immortales dedere generi hominum, quàm literas, quas, ſi uera bona noſſent homines, profecto aut ſolas, aut in primis expetendas magno cõſenſu iudicarent. Sed eſt ueriſsimũ illud quod Satyricus ſcripſit.*

Omnibus in terris quæ ſunt à Gadibus uſq;
Auroram & Gangem pauci dinoſcere poſſunt Vera bona, atq; illis multum diuerſa, remota Erroris nebula Vale.

GEORGIVS MA

IOR LECTORI S.



IMONEM NICAEVM AB ARATO *interrogatũ, qua ratione Homeri libros quàm emẽdatiſſimos conſequi poſſet, reſpondiſſe ferunt, ſi eos qui omnium minime eſſent emendati ſibi compararet. Et recte ſane ac prudenter Timon. Neq; enim librariorum tantum in tranſcribendis autoribus neglegentia, Verum eorum etiam, qui tam facile in optimos quoſq; autores cenſuram agunt, temeritate & inſcitia factum crediderim, quod tot clariſſimorũ hominũ egregia ſcripta ac monumẽta, quibus nihil eſſe debebat ſacroſanctius, tam deprauata ac uitiata paſſim iam extare uidemus. Poterat itaq; cum hæc res, tum quod iamdudum fertur, eſſe qui Trogum ipſum, tot iam annis exulantem, nobis ſint reducturi & reſtituturi, nos à conſilio recognoſcendi Iuſtini reuocare, niſi & iſta, ſi qua tamen eſt, Trogi editione diutius nos ſuſpendi, & tanto à iuuentute ſtudio Iuſtini compendium adeo deprauatum, purius & emendatius deſiderari uidiſſem. Et referebat certe permultum expectari à nobis Trogum ipſum, cum Iuſtinum niſi ex fonte ipſo, unde hæc omnia profluxerunt ac dimanarunt, reſtituere neq; facile poſſis, neq; ferè ratione alia conueniat. Sed quid facias ubi rem ſine magna ſtudiorum iuuentutis iactura diutius extrahi nequaq̃ poſſe, & de Trogo etiam nunc à pleriſq; dubitari cernas. Atq; utinam tandem iſti quantam ubiq; Trogi expectationem concitarunt, tantam à bonis omnibus gratiam inire optimo autore proferendo & producendo pergerent. Cum enim egregie illi de ſtudioſis mereri uideantur, qui commentarium Iuſtini, qui, quanq̃ etiam ſuis ille ornamentis non careat, tamen hiſtoriæ quaſi σκιογραφίαν tantum quandam exhibet, ſubinde accuratius recudunt, quanto plus illis debebitur gratiæ, qui Theſaurũ ipſum tam præclarum autorem, quaſi ab orco reducem nobis in lucem fecerint, qui res cum Græcorum, tum Romanorum, non primis lineis, ſed uiuis coloribus expreſſas ac depictas, ſpectandas proponit? Porro neq; recte ſenſerint, ubi Trogum ipſum qui pollicentur, oſtenderint, neq; ſimpliciter ingrati fuerint aduleſcentes, ſi qui putarint Iuſtini compendium prorſus abijciendum. Nam ut maxime puriores ex fonte hauriantur aquæ, tot tamen in hoc autore, egre-*

giæ uirtutes merentur, ut optimus commentarius & conseruetur, & adulescentibus sit quàm commendatissimus. Vt enim in narrando autoris grauitatem & ubiq; aptam historiæ seriem & ordinem, quæ uirtutes uel potissimum historicum commendant, præteream, Quid est illa Iustini breuitate, qua tot regum, gentium ac populorum res gestas in tam paruum commentariolum contulit, admirabilius? quæ quantum ad res omnes, tum percipiendas, tum in animo retinendas conferat quis non uidet? Quare hoc compendium siue uetustate, siue Typographorum neglegentia adeo corruptum, dignum arbitrabar, quod & à tot mendis repurgaretur, & nitidius transcriberetur. Quid uero præstiterimus, & qua fide & diligentia in eo recognoscendo sim uersatus, ij demum intelligent, qui cum ueteribus nostrum exemplar conferent. Et quanq; plurimis & uarijs codicibus usi simus, tamen nullus ex his fuit, in quo aut non permulta desideraremus, aut cuius lectione multum simus adiuti. Porro cum uiderer ex ista lectionum uarietate quasi (quod dici solet) ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν σωάγδν, tutissimum ac optimum adparebat, si rem ad fontes ipsos Græcos autores reuocarem, quorum autoritas, si quid Trogus à nostra lectione, quod futurum uidetur, paulum recessserit, aut uariauerit, facile delicti nobis gratiam merebitur. Neq; enim peccare uidentur qui cum istis errant.

Nam quod talium autorum fieret exemplo, id etiam uere fieri prudentes quidam putarunt.

Vale VVuttembergæ.

INDEX HI
STORIARVM QVAE
in Iustini Epitome continentur.

A

Abderitæ mutare sedes coacti. 77
Abdolominus Sidoniæ rex factus. 55
Abraham. 134
Acisines. 64
Achæi uicti cæsiq; 132
Aetoli uincuntur à Rom. 127
Adulteria seuere Parthi puniunt. 150
Aeacides Pyrrhi pater. 85
Aegeus. 13
Aeneæ in Italiam aduentus. 156
Aeolides insulæ. 25
Aeolus. 26
Aetna. 25
Aetolorum superba responsio. 116
Aetolorũ senatus Romam missus. 131
Aes Corynthiacum. 132
Aforũ ad Agathoclem defectio. 101
Agathocles Lysimachi filius ueneno necatur. 84
Agathocles bis uincitur. 99
Agathoclis audacia, qui uictus, uictoribus bellum infert. 100
Agathocles bellũ ex Sicilia in Africã transfert. ibidem.
Agathoclis oratio ad milites. ibidem
Agathoclis egregia uictoria de Carthaginensibus. 101
Agathoclis successus. ibidem
Agathocles in Siciliã reuersus, totius insulæ imperium occupat. 102
Agathocles uincitur à Pœnis. ibidem
Agathoclis fuga. ibidem
Agathocles Siciliæ tyrannus ex patre figulo natus. 98
Agathoclis mors. ibidem
Agathoc. tribunus militũ creatur. 98
Agathoclis gesta. ibidem
Agathocles obsidet Syracusas. ibidem
Agathoclis laus. 103
Agathoclis morbus. ibidem
Agathoclis exitus. 104
Agathoclea. 121
Agas Cyrenarum rex. 114
Agatho prætor Syracusis constitutitur. 99
Agesilaus. 34
Agesilai laus. ibidem
Agis boni imperatoris exemplũ. 59
Alba longa. ccc. an. regni caput. 156
Albani in oriente ex Italia oriũdi. 153
Alcibiades. 27
Alcibiades insimulatur mysteria Cæreris enunciasse. 28
Alcibiades in exiliũ profectus. ibidẽ
Alcibiades ad Tissafernẽ profugit. 28
Alcibiadis callidum ingeniũ. ibidem
Alcibiades exul in patriã redit. 29
Alcibiadis laus. ibidem
Alcibiadis secundũ exiliũ. 30
Alcibiadis reditus. 32
Alexandri laus. 39
Alexandri factũ in legatos Persas. 39

Alexander Athenas mittitur · 42
Alexander Philippi frater regnat · 40
Alexãder cum matre ſuſpectus de parricidio · 48
Alexander Magnus à patre in caſtra accerſitus · 45
Alexandri ætas & indoles · 51
Alexan· Græciæ dux cõſtituitur · ibid·
Alexandri celeritas · ibidem
Alexandri in cognatos crudelitas · 52
Alexander cũ exercitu in Aſiam profiſcitur · ibidem
Alexandri exercitus · 53
Alexander Gordiũ nodum ſoluit · 54
Alexander in morbũ incidit · ibidem
Alexandri & Philippi cõparatio · 49
Alexãdri cura in regẽdo exercitu · 56
Alexandri ad Iſſum victoria · 55
Alexandri clementia · ibidem
Alex · luxũ ſectari quãdo cœperit · 55
Alexãder in Syriã proficiſcitur · ibidẽ
Alexãd· ad Ammonẽ proficiſcitur· 56
Alexãder Iouis filius adpellatus · ibid·
Alexandri inſolentia · ibidem
Alexandri humanitas · 56
Alexandri magnanimitas · 57
Alexandri ſomnus · ibidem
Alexandri ad ſuos oratio · ibidem
Alexandri uirtus · ibidem
Alexandri victoria de Dario · ibidem
Alexander perſequitur Darium · 58
Alexandri fortitudo inſignis · 64
Alexander uulneratus · ibidem
Alexander Epiri rex· 59
Alexandri luxus in Perſis · 61
Alexandri crudelitas· 61
Alexander Statyrã uxorẽ ducit · 69
Alexandri audax facinus · ibidem
Alexandri oratio ad Perſas · ibidem
Alexandri mors · 65
Alexandri hæres · 67
Alexandri ætas · ibidem
Alexander à Demetrio occiditur · 80
Alexã · ultor ſeruilis crudelitatis · 88
Alexander Prompalus & uita & regno ſpoliatur · 133
Alexãdri ingratitudo et inſolẽtia · 146
Alexander rex ſubornatus uincitur à Grypho· 146
Alexãdri ſacrilegii et interitus·ibidẽ
Alexandria condıtur · 56
Amazones · 153
Amazonum origo & unde dictæ · 10
Amazonum geſta · 11
Amazones Athenienſibus bellum intulerunt · ibidem
Amazonum interitus · 12
Ambitionis exemplum · 62
Amilcar · 91 · 99
Amilcar occiditur · 91
Amilcari Amilco ſuccedit · ibidem
Amilconis querela · 92
Amilcar moritur · 99
Amilcar Rhodanus · 98
Amilconis exitus miſerabilis · 92
Amyntas · 39
Amyntæ Alexã·Magni aui proles·40
Amphytrion · 13
Artabanus · 20
Amulius · 156
Anaxilaus · 26
Andragoras · 61

Anchora naturalis nota Antiochi & eius nepotum. 79
Annibal Carthaginensium dux. 118
Annibalis nomen terribile. 123
Annibalis prudentia. ibidem
Annibalis ex Africa fuga. ibidem
Annibalis consilium de bello contra Romanos gerendo. 124
Annibalis & Antiochi de bello gerendo consilia. ibidem
Annibalis astutia. 128
Annibalis de Romanis iudicium. 124
Annibalis fuga in Cretam. 129
Annibal coniectis in nauem serpentibus uincit. 130
Annibalis tēperātia et moderatio. 130
Antiope. 11
Antiope capitur. ibidem
Antigonus uincitur & occiditur. 80
Antigonus superatur à Pyrrho. 111
Antigonus Philippi tutor. 117
Antigonus diadema regium propter seditionem abijcit. ibidem
Antigonus Spartanis bellū infert. 118
Antigonus moderati victoris exemplum. ibidem
Antigoni mors. ibidem
Antigonus uincitur ab Alexandro Pyrrhi filio. 113
Antiochus Soter Syriæ et Asiæ rex. 115
Antiochus. 115
Antiochi bellum aduersus fratrē. 115
Antiochus fratrē metuens ad hostem confugit. 116
Antiochi mors. ibidem
Antiochi Sedetis in Parthos bellū. 144
Antiochus Theos. 114
Antiochi negligentia in parando bello. 126
Antiochus uincitur. ibidem
Antiochi legatio ad Cos. pro pace petenda. ibidem
Antiochus uincitur à Scipionibus. 127
Antiochus magnus in sacrilegio interficitur. 128
Antiochus Epiphanes Ptolemæo Epiphane infert bellum. 132
Antiochus Epiphanes moritur. ibidē
Antiochus sedetes Syriæ rex. 134
Antiochi successus. 144
Antiochus Sedetes uincitur & interficitur. 145
Antipater insidiatorum auctor. 65
Antipater interficitur. 81
Antonius à Parthis uincitur. 155
Aquileia. 129
Archagathi mors. 102
Argæus. 39
Argyraspides. 63. 74
Argyraspides uincuntur. 74
Argonautæ. 129. 153
Aristoteles Alexandri præceptor. 67
Aridæus frater Alexandri. 69
Aridæū pedites regem constituūt. 89
Aridæus occiditur. 76
Arymbas. 41. 75
Aristotimus tyrannus Epyrorum. 112
Aristotimus occiditur. 113
Ariarathes rex Cappadociæ. 118
Aristonicus in carcere necatus. 136
Artobarzanes Cappadociæ rex. 139
Artobarzanes Romam aufugit. 139

Aristæi, inuenta. 73
Arsynoe. 84. 107
Arsynoe Ptolemæi soror. 106
Arsacides Parthorum rex. 134
Arsaces Parthorũ imperiũ inuadit. 151
Arsaces Parthicũ regnũ format. ibidẽ
Arsaces Parthis is, qui Persis Cyrus. ibidem
Arsaces secundus. ibidem
Arsyrice. 84
Arrogantia. 73
Armenij gentis & regni origo. 153
Armenius Iasonis comes. ibidem
Armenius Armeniam condidit. ibidẽ
Arsaces dicuntur omnes Parthorum reges. 151
Artaxerxes Persarum rex. 21
Artaxerxis filij. 49
Artaxerxis mors. 56
Artemisia muliebris fortitudinis exemplum. 18
Artobazanes. 15
Artamenes Cappadociæ rex. 116
Artabanus Parthorũ rex septimus. 152
Ascanius. 156
Asdrubal. 91
Asdrubal moritur. 81
Asia cõmunis regum præda. 115
Astyages capitur. 5
Asybi in deditionem accipiuntur. 64
Astriopæus. 38
Attalus Pergami rex. 136
Attali mors. ibidem
Attilij Rom. consulis diligẽtia. 125
Athenienſium origo. 12
Athenienſes αὐτόχθονες. 23
Athenienſium inuenta. ibidem
Athenienſium reges. ibidem
Ἀθήνη. ibidem
Athenæ incensæ. 17
Athenæ reficiuntur. 19
Athenienſium cædes. 30. 31
Athenæ obsidentur. 31
Atheniẽſes se dedũt Lacedæmonijs. 31
Athenienſibus. xxx. rectores constituuntur. 32
Athenæ tyrannorum sæuitia premuntur. 32
Athenienſium uirtus morte Epaminondæ eneruata. 38
Atheniẽſes Thermopylas occupãt. 42
Atheniẽſes impietatis arguũtur. ibidẽ
Augurium. 94
Aurum Tolosanum. 119.

B

Babyloniæ proditio. 8
Balsamum. 135
Barce conditur. 64
Bellum Lacedæmoniorum aduersus Persas. 20
Bellum inteſtinum Græcorum. 21
Bellum Peloponeſsiacum. 24
Bellicus adparatus in Persas. 47
Bellum Sicilienſe. 26
Bellum Cyri & Artaxerxis fratrũ. 35
Bellum Philippi cũ Athenienſibus. 41
Bellum Philippi cum Scythis. 45
Bellũ Atheniẽſib à Philippo illatũ. 46
Bellũ Athenienſium cũ Antipatro. 71
Bellum aduersus Antigonum. 78
Bellũ Antigoni aduersus Eumenẽ. 73
Bellum inter Antipatrũ & Alex. 80

Belum

Bellum aduersus Demetrium. 81
Bellum Siculense. 91
Bellum Lysimachi & Pyrrhi. 81
Bella Carthaginensium & Italorum interse. 93
Bellũ Crotoniensium cũ Locrensib. 93
Bellũ Agathonis cũ Carthaginẽsib. 99
Bellũ in Italia ab Agathocle gestũ. 103
Bellum inter filium ac nepotem Agathoclis. 104
Belgius Gallorum dux. 107
Bellũ Græcorum aduersus Aetolos. 105
Belli caussa inter Antiochum & Demetrium. 116
Bellum Antigoni cũ Gallogræcis. 113
Belli inter Romanos & Antigonum caussa. 123
Bellum Mithridaticum in Ro. 143
Bellum Romanorũ cũ Nabide. ibidem
Bellũ Antiochi Magni et Ptolemæi. 121
Bellũ Romanorũ cũ Philippo. ibidem
Bellum Macedonicum. ibidem
Belli Achaici origo. 131
Bellum ciuile in quo Parthi Pompeiũ sunt secuti. 154
Bellum Aeneæ cum Turno. 156
Bellum Ro. cum Perseo Macedonum rege. 130
Belgius Gallorum dux. 107
Beroe. 85
Beronice trucidatur. 114
Bessus uinctus datur Oxatri. 61
Byzantium oppugnatur à Philipp. 45
Byzantium à quo conditum 45
Byrsa. 89
Bomilchar cruci adfigitur. 202
Brennus. 107
Brennus Deum contemptor. ibidem
Brenni & Delphorum copiæ. 109
Brenni mors. 110
Brunduſium. 25
Brucij unde dicti. 105
Bructorum uirtus. ibidem
Bubares. 39
Bucephale condita. 63
Cædes ab Agathocle patratæ. 99
Candaules. 5
Cambyses Persarum rex secundus. 6
Cambyses ægyptiorum deorum ædes diruit. 6
Calamitas in exercitu Xerxis. 29
Caranus. 38
Caranus necatur. 52
Catanenses. 26
Caliſthenes. 78
Cappadocum calamitas. 72
Cassander. 76
Caßander Theßalonicen uxorem duxit. 77
Carthaginensium auxilia Romanis missa. 86
Carthaginensium origo. 87
Carthaginensium imperatores. 91
Carthaginensium exercitus peste periit. 92
Carthago conditur. 89
Carthago quã diu ante Romam condita. 90
Carthaginenses à suis oppugnantur militibus. 90
Carthaginensium edictũ ne quis Græcis studeret literis. 95

Carthaginẽſes homines immolarũt. 90
Carthaginenſium noua cædes. 102
Carthaginenſium res. 97
Cartalo. 90
Cartalo cruci adfigitur. ibidem
Caput equi & bouis auſpicium Carthaginis. 89
Capitolium. 156
Caſtor. 39
Carinandus. 259
Cecrops. 13
Ceraunos. 83
Charybdis. 25
Chalybes. 16
Charlades. 26
Chionis in tyrannum conſpiratio. 83
Cimon. 20
Cydnus. 54
Cynigeri præclarum facinus. 15
Cyneas Romam cum donis miſſus. 86
Cyrus. 3
Cyri callidum conſilium. 4
Cyri bellum aduerſus Medos. 4
Cyrus Perſarum rex primus. 5
Cyri interitus. 6
Cyrus occiditur. 33
Cyrene à quo condita. 72
Cyrenes fabula. 72
Cyprus. 88
Cyprorum mos uirgines ante nuptias proſtituere. 89
Cyricænus. 146
Cyricænus à fratre Grypho uincitur. 147
Clearchus. 82
Clearchi ſæuicia & crudelitas. 83
Clearchi cædes. ibidem
Clearchi tyrannidem adfectantis oratio. 82
Clemẽtiæ exemplũ in babaro hoĩe. 144
Clementiæ exemplum in Cyro. 5
Cleophis cõcubitu regnum ab Alexandro obtinuit. 63
Cleomenes egregij imperatoris exemplum. 118
Cleopatra. 139
Cleopatræ impietas in liberos et ambicio. 147
Cleopatra Cyricæno nubit. 147
Cleopatræ dignus pro ſceleribus exitus. 148
Clytus ab Alexandro occiſus. 62
Codrus. 23
Codomannus rex eligitur. 50
Colchi. 129
Cometes ingens. 137
Conon 30. 35
Conon contra Lacedæmonios. 34
Cononis laus. Ibidem
Conſtantiæ exemplum. 67. 82. 132
Conſultatio principum de eligendo rege. 69
Continentiæ exemplum. 86
Continentia Aegyptiorum. 87
Corythus diruitur. 132
Cranaus. 23
Critias cadit. 32
Craſſus à Parthis trucidatur. 134
Crœſus Babylonijs opem fert contra Cyrum. 5
Crœſus capitur. ibidem
Crœſo in auxilũ uenit oĩs Græcia. ibi-

Crotonienſes · 73
Crotoniensium uota · 94
Crudelitatis exemplũ · 6 · 20 · 26 · 58 · 78 · 93 · 96 · 107 · 152 · 161 · 143 ·
Crudelitatis pœna · 21 · 91 · 148 ·
Crudelitatis paternæ exemplum · 90
Crudelitas Ptolemæi in liberos · 143
Curetes · 161

D

Daci à Getis · 129
Dacorum militum ignominia · 129
Damaſcus · 134
Dardani Macedoniæ fines uaſtãt · 119
Darius ex equi hinnitu rex electus · 7
Darij bellum aduerſus Scythas · 12
Darij mors · 32
Darij fuga ex Scythia · 39
Darij aduentus · 54
Darij copiæ ad Iſſum · 54
Darij mater uxor & filiæ captæ · 55
Darij adparatus, & militum numerus · 56
Darius capitur · 58
Darij mandata, iam morientis 58
Darij mors · ibidem
Darij edictum quo prohibentur pœni humanas hoſtias immolare · 91
Delphici templi deſcriptio · 108
Delphicum antrum · 109
Demaratus · 16
Demetrius propter adulterium necatur · 114
Demetrij Illyriorum regis ad Philippum oratio · 119
Demetrius obſes è Roma fugit · 132
Demetrius ſoter Syriæ rex · ibidem
Demetrius ſoter uincitur & occidi tur · 133
Demetrius Demetrij filius Syriæ rex Parthis bellum infert · 134
Demetrius uincitur · 77
Demetrij victoria · 78
Demetrius Macedoniæ rex · 81 · 113
Demetrius turpiter ſe Seleuco dedit · 81
Demetrius rurſus Syriæ rex · 145
Demetrij pudor · 128
Demetrij uaria fortuna · 144
Demetrij mors · ibidem
Demetrius uincitur & capitur · 134
Demetrius interficitur · 146
Demophoon · 13
Demoſthenes · 27
Demoſthenes uictus ſibi mortem conſciuit · 27
Demoſthenes defectionis autor · 51
Demoſthenes patria pulſus · 71
Demoſthenes reuocatus ab exilio · 71
Dorcyllides · 34
Deucalion · 13
Didonis hiſtoria · 88
Didonis aſtus · ibidem
Didonis fuga · ibidem
Didonis in Africam aduentus · 89
Dido locũ qui bouis corio tegi poſſit, emit · ibidem
Didonis mors · ibidem
Diocles interficitur · 14
Dion · 106
Dionyſij minoris geſta · 92
Dionyſius à Crotonienſibus uictus · 95
Dionyſius interficitur · 95
Dionyſius minor · 95

Dionysij popularis largitio, 96
Dionysij fuga ex Syracusanis. 96
Dionysij scelera. ibidem
Dionysius Syracusis potitur. 97
Dionysius in exilium abit. ibidem
Dionysius ludi magister. ibidem
Dionysij crudelitas. 96
Dromiches. 81

E

Edyssa urbs, 38
Eleadæ ad Alexandrum oratio. 52
Elephantus sponte se Sandrocotto offert. 80
Elisa. 88
Epaminondas. 35. 82
Epaminondæ mors. 37
Epaminondas egregius imperator. 37
Epistolæ Darij ad Alexandrum. 56
Ephestionis mors. 65
Epirotici regni origo. 84
Epeus Troiani equi faber. 93
Erichteus. 13
Eumenes capitur. 75
Eumenis capti ad milites oratio. 75
Eumenis in suos milites imprecatio. 75
Eumenes ad Argyraspidas oratio. 74
Eumenes uincitur. ibidem
Eumenes Asiam inuadit. 115
Eurymedon. 27
Europus. 38. 39
Eurydices scelus. 40
Eurydice Aridæi uxor. 76
Euridanus. 109
Euanthe. 121
Euticratides Bactrianorum rex. 151
Euander. 156
Exauctoratio militum 65
Exemplum pietatis erga patriã. 13. 35
Exemplũ crudelitatis erga liberos. 40
Exemplum paternæ indulgentiæ. 49
Exemplum perfidiæ. 75
Exemplũ fortis et constantis animi. 75
Exemplum uersi pellis & fraudulenti animi. 82
Exercitus lustratio. 80

F

Faunus Italiæ rex. 156
Fatua fauni uxor. ibidem
Faustulus pastor. 157
Ferocis animi exemplum. 107
Flaminij ad milites exhortatio. 122
Fœminarũ facinus in Persas fugiẽtes. 4
Fortitudo muliebris. 77
Fortitudinis exemplum 79
Fortunæ uariantis exemplum. 97
Fortitudo muliebris. 112
Fortitudo militaris. 112
Fortunæ uolubilitas. 114
Fragilitas. 94
Furius. 157

G

Galeci. 160
Galeciæ fertilitas. ibidem
Galli. 129
Gallorum legati ad Dionysium. 95
Galli cur in Italiam uenerint. ibidem
Galli Italiam inuadunt. 107
Galli Romam incendunt. ibidem
Gallorum descriptio. ibidem
Gallici nominis terror. ibidem
Galli uincunt Macedones 107
Galli à Delphis uincuntur. 119

Gallorum clades in Græcia. ibidem
Gallorum tertia in Macedoniam irruptio. ibidem
Galli auri auidißimi. ibidem
Galli inuadunt caſtra Antigoni. 111
Galli cæduntur. ibidem
Gallogræcia. ibidem
Gallorum perfidia. 115
Gallorum crudelitas in coniuges & liberos. 113
Gallogræcorum cædes. ididem
Galli manſuetiorem uiuendi rationem à Græcis edocti. 158
Gargoris. 161
Genus maternum Alexandri. 51
Geſtonæ in deditionē accipiuntur. 64
Geryon. 162
Geryonis et Herculis hiſtoria. ibidem
Gigantes. 161
Gyges. 5
Gylippus. 26
Glaucias. 85
Gnidius. 133
Gobryas. 7
Gordium. 53
Gordij plauſtrum. ibidem
Græcorum odium in Athenienſes. 28
Græcorum uirtus. 34
Græcorum aduerſus Lacedæmonios conſpiratio. 35
Græcorum cōuentus in Corintho. 47
Græcorum odium in Thebanos. 51
Græcorum uarij motus. 112
Græcorum exercitus deficit à Phraharte. 152
Gryphus. 246
Griphinæ crudelitas. 147

H

Habis rex. 161
Hanno. 95
Hannonis impium ſcelus. 97
Hanno cruci adfigitur. 97
Haſtæ regū pro diademate ſignia. 157
Harpagus. 8
Harpagi cōſiliū in occultādis literis. 4
Heleniati amor ergo patriam. 113
Herculis cum Amazonibus pugna. 11
Hercules Alexandri filius. 69
Heraclienſium matronarū clades. 83
Heracleæ urbis origo. 81
Heraclienſium geſta. 82
Herotimus ſexcentos filios habuit. 148
Hiarbas Eliſæ nuptias petit. 89
Hiero rex. 105
Hieronis natales. ibidem
Hiero ab apibus educatus. ibidem
Hieroni lupus tabulam eripuit. 105
Hymurus 152
Hiſtoriæ fructus. 1
Hiſmenias. 32
Hiſpania unde dicta & eius ſitus. 159
Hiſpaniæ laus & fertilitas. ibidem
Hiſpaniæ flumina. ibidem
Hiſpaniæ ſaluberr. aer. 160
Hiſpanorum mores. 160
Hiſpani militaris rei ſcientia clari. 160
Hippolytus. 11
Hippomachus cadit. 132
Holofernes ingratitudinis exēplū. 133
Horodes. 154
Horodis furor. ibidem
Humanitatis in hoſtes exemplum. 82

I

Iasonis historia. 153
Iasonis gesta. ibidem
Iericho. 135
Impietatis exemplum. 6. 42. 58. 78. 93. 96. 154. 161. 128.
Impietas punita. 148
Impietatis erga Deos exemplum. 17
Impietatis pœna. 42
Impietas erga cognatos. 45
Impietatis in parentem exemplum. 49
Impietatis maternæ exemplum erga filios. 137
Impietatis in liberos exemplum. 143
Indulgentia liberos corrumpi, 50
Ingenium punicum. 89
Ingratitudinis exemplum. 98. 133
Insidiæ in auctoris caput uersæ. 146. 158
Ioseph. 134
Iosephi laus. 135
Iphicrates. 86
Israel. 134
Istriorum origo. 129
Italiæ antiquus status. 155
Italia Saturnia dicta. 156
Iustitiæ exemplum. 26
Iudæorum uirtus. 134
Iudæorum origo. ibidem
Iudæi à Iuda dicti. 134
Iudæorum successus & opes. 135

L

Lacedæmoniorum contra Antipatrũ bellum. 59
Lacedænonij uincuntur. 35
Lachetes dux. 26
Lamachus. 26
Lamponius in Siciliam mittitur. 26
Lanthinus. 12
Laodice. 79
Laodicis impietas. 137
Laodicis scelus. 138
Laodomia Pyrrhi filia. 117
Latinus ex Faumi filia & Hercule. 156
Lauinium. 156
Legati Philipppi in Asiam. 47
Legatio Athenienſiũ ad Philippũ. 43
Legati Phocensium. ibidem
Legati Athenienſiũ ad Alexandrũ. 52
Legati Romanorum ad Aetolos. 116
Legati Alexandrinorũ ad Rom. 122
Legati Romanorum ad Achæos. 132
Leonidæ in tyrannum conspiratio 83
Leonidæ uirtus. 17.
Leonatus occiditur. 78
Leo Sandocotto sudorem detersit. 80
Liberi dicti exemplum. 47
Libido. 48
Liberalitatis exemplum. 65
Liberorum educandorum mos apud Spartanos & Lucanos. 103
Licurgus. 21
Lydij iussi Cauponias exercere. 5
Lydij molles. ibidem
Lysander. 35
Lysander callidus imperator. 30
Lysias. 32
Lysandri interitus. 36
Lysimachi laus. 78
Lysimachus leoni obiectus. 78
Lysimachus ab Alexan. uulneratus 79
Lysimachia terræmotu euersa. 84.
Lysimachus uictus à Seleuco morietur. 84

Locri ad Pyrrhum deficiunt. 86
Locrensium uota. 94
Ludi Athenis instituti. 38
Luctus propter Alexandrum. 68
Luctus publici descriptio. 92
Lucanorum uirtus. 103
Lucus Martis. 156
Lupercalia. 156
Lupa. ibidem
Lunæ defectio. 130
Luxus in Antiochi exercitu. 144

M

Macedonia ante Emathia. 38
Macedones regem infantem in cunis ante aciem ponunt. 69
Machæus Carthaginensium imperator exulat. 90
Macedones uincuntur à Gallis. 107
Macedonum reges quot fuerint. 131
Mago dux Carthaginensium. 86. 91
Magna Græcia. 92
Malachus. 82
Marthesia occiditur. 11
Mardonius. 18
M. Lepidus in Aegyptũ mittitur. 121
M. Cato, Catonis oratoris filius exemplum militaris fortitudinis & audaciæ. 131
Mare mortuum. 136
Maßiliensium origo. 157
Maßilia ubi condita. 158
Maßiliensiũ bella & fortia facta. 158
Maßiliensiũ cum Rom. amicitia. 159
Maßiliensiũ erga Rom. studiũ. 159
Maßiliensiũ apud Rom. gratia. 136
Matthæas Scytharum rex. 45
Medæa Iasonis uxor. 153
Medus Medorũ regnũ constituit. 153
Medicum bellum. 14
Medius. 65
Menalippe capitur. 11
Messenij expugnantur. 23
Methona à Philippo expugnata. 41
Metapontini. 93
Mezentius. 156
Mida. 54
Miltiades. 14
Militaris fortitudinis exempla. 17
Mindarus. 29
Miserabile spectaculum. 58
Mithridates Arsaces. 5. 141
Mithridatis fœlicia bella. 152
Mithridates Parthorũ rex octauus. 152
Mithridates per dolum Ariarathen obtruncat. 139
Mithridatis adparatus in Romanorũ bellum. 140
Mithridatis prima uictoria de Romanis. ibidem
Mithridates Ponti rex cum Rom. gessit bellum annis. XLVI. 137
Mithridatis in pueritia studia. 137
Mithridatis uenationes. ibidem
Mithridatis bella. ibidem
Mithridatis solertia. ibidem
Mithridatici belli causſa. 138
Mithridatis scelera. 138
Mithridatis fraus. ibidem
Moderationis exemplum. 26. 42
Monarchia Assyriorum prima. 2
Monarchia Medorum secunda. 3
Monarchia Persarum tertia. 5

Monarchia quarta Macedonum. 59
Mors trium insignium imperatorum eodem anno. 130
Moses. 134. 135
Muliebris ambitionis exemplũ. 146
Muliebris crudelitatis exemplum Griphina. 147

N

Nabis duobus prælijs à Flaminio sub igitur. 124
Neoptolemus. 85
Neoptolemi perfidia. 73
Neoptolemus uictus occumbit. 73
Nereis Pyrrhi filia. 117
Nicea condita. 63
Nicias. 27
Nicomedis fraus. 137
Nicomedes Cappadociam inuadit. 139
Ninus. 1
Nini gesta. 2
Ninus filius. ibidem
Nysa à Libero patre condita. 63
Numitor. 156
Nuptiæ Alexãdri regis Epiri & Cleopatræ filiæ Philippi. 47

O

Ochi crudelitas. 50
Ochus Armenijs bellũ infert. ibidem
Offellam occidit Agathocles. 102
Officia boni principis. 105
Olympias. 41. 85. 16
Olympias ob stupri suspitionem pulsa. 47
Olympiadis crudelitas. 48. 75
Olympiadis fuga. 76
Olympiadis mors. 77
Olynthus expugnatur. 19. 43
Opobalsami descriptio. 133
Oratio Alexandri ad milites. 54. 60
Oratio Demetrij ad Macedones. 80
Oratio Mithridatis ad milites. 140
Oraculum. 59. 81. 94
Oraculum de Agesilao. 34
Oraculum Perdicæ. 39
Oraculum de Alexan. Epirota. 59
Orythia. 11

P

Pacorus Parthorũ rex uincitur & interficitur. 154
Palatinus mons. 156
Pompatius Arsaces tertius. 151
Pan lycæus. 156
Pannonia. 107
Parmeno. 61
Parricidij crudelis exemplum. 80
Parricidia sororũ inter se mutua. 147
Parthorum origo. 149
Parthi Scythico sermone exules dicti. ibidem
Parthorum obscura & seruilis conditio. 149
Parthorum successus. ibidem
Parthicæ situs. ibidem
Parthorũ sermo uestitus et mores. 149
Parthorum exercitus ex seruis constat. ibidem
Parthorum pugnandi ratio. 150
Parthorum mores. ibidem
Parthorum sepultura. ibidem
Parthorum reges. ibidem
Parthorum à regibus Macedonicis defectio. ibidem

Parthi reges suos omnes Arsaces uocant. 151
Parthorum cum Romanis bella. 154
Parthorum cum Ventidio pugna. 154
Partheniorum origo. 22
Pausanias perfidi ciuis exemplum. 20
Pausanias restituit urbē Athenīesib. 33
Paulus Aemilius consul belli Macedonici imperator. 130
Penaxagoras. 12
Pentheſilea. ibidem
Peramus. 157
Perdicas. 38
Perdica. 61
Perdicæ simulatio. 71
Perdicæ constantia. 69
Perfidiæ exemplū. 20. 24. 26. 42. 102
Perfidiæ pœna. 21
Pericles dux eligitur. 24
Perſæ uicti. 15
Perſarum mos adorandi reges. 35
Perſarum copiæ. 53
Perſarum cædes. 53. 55.
Perſarum imperium finitur. 58
Perſeus impietatis erga fratrem & patrem exemplum. 128
Perſei fuga. 131
Perſeus Macedonum rex. 130
Perſepolis capitur. 58
Phalanti impietas. 23
Pharnaces Arſaces quartus. 141
Pharnabaſus. 29. 34
Philippus obſes Thebis. 38
Philippus. 39
Philippi Alexandri Magni patris genus. 40
Philippo defertur imperium. 46
Philippi laus. ibidem
Philippi sæuitia in Thebanos. ibidem
Philippus trucidatur à Pausania satellite. 43
Philippi scelera. 43. 45
Philippi iniustitia. 43
Philippus uulneratur. 46
Philippi eloquentia. 46
Philip. & Alexā. cōparatio. ibidem
Philippus Macedoniæ rex. 118
Philippus Macedoniæ rex Romanis bellum infert. 119
Philippi pax cum Romanis. 119
Philippus moritur postq̄ regnasset annis. XLII. 129
Philippus uincitur à Rom. 122
Philopœmenes dux Achæorum constituitur. 124
Philopœmenes capitur. 127
Philopœmeni uenenum datum. 128
Phocenſes templum Delphis occupant. 42
Phocenſium calamitas. 44
Phocenſes Tarquinij temporibus in Italiam traiecerunt. 157
Phrahartes Parthorum rex ſextus 144. 152
Phrahartis consilium. 144
Phrahartis cum Scythis bellum. 152
Phrahartes in regnum restituitur. 155
Phrahartis ad cæsarem legatio. 155
Pietatis exemplum. 20. 151. 112
Pygmalion. 88
Pyrrhi aduersus Rom. expeditio. 84
Pyrrhus Achillis filius. 85

Pyrrhi successores. 85
Pyrrhus paruulus in Illyrios defer=
tur. 85
Pyrrhi in Italiam aduentus. 86
Pyrrhi victoria. ibidem
Pyrrhus Epiri rex. 81
Pyrrhi ex Italia excessus. 111
Pyrrho traditur Sicilia. 87
Pyrrhi uarius successus. 111
Pyrrhus Siciliæ rex uocatur. 104
Pyrrhi bellica uirtus. 111
Pyrrhi bellũ aduersus Lacedæmon. 112
Pyrrhi mors in Argis. 112
Pyrrhus à Pœnis nauali prælio ui=
ctus. 111
Pyrrhi uxor cũ duob. filijs moritur. 116
Pyrrhi laus. 112
Pyrenæi montis spacium. 160
Piraticum bellum. 148
Pisistratus. 14
Pythagoras deq; eius peregrinatõe. 94
Pythagoræ doctrina apud Crotonien
ses. ibidem
Pythagoræ mors. 95
Plinos. 10
Pœni in Sicilia uincuntur. 101
Polystratus Darium telis confossum
reperit. 58
Polipercon occiditur. 73
Pollux. 93
Pompei Trogi genus & maiores. 159
Popilius exemplum prudentis & con
stantis uiri. 132
Porus capitur, 63
Praxaspes. 6
Prælium cum Tribalis. 46
Prælium Alexandri & Darij in Arbe
lis. 57
Præda ex Persis. 58
Prodigij interpretatio. 102
Prodigia in Mithridatis ortu. 137
Proditionis exemplum. 102
Prompalus infimæ sortis homo Syriæ
regnum occupat. 133
Prudentiæ exemplum in Eumene. 74
Prusias Bythiniæ rex. 129. 32
Prusias à filio necatus. ibidem
Ptolemæus uulneratus. 64
Ptolemæus Philadelphus. 84
Ptolemæi solertia. ibidem
Ptolemæus lagus moritur. 81
Ptolemæus Ceraunus rex Macedo=
niæ. 106
Ptolemæi nuptiæ cum sorore. ibidem
Ptolemæus Philopator. 118
Ptolemæus Euergetes. 113
Ptolemæi scelera. 119
Ptolemæus exemplum corrupti & in
temperantis principis. 121
Ptolemæi mors. ibidem
Ptolemæi Phiſconis mors. 146
Ptolemæus Lathyrus in regnũ Syriæ
restituitur. 148
Ptolemæus Appio Po. Rom. hære
dem scripsit. ibidem

S

Sabbathi institutio. 135
Sacer mons. 16. 63
Sacrilegij ultio. 129
Sagillus. 11
Salamina. 160

Sandrocottus. 79
Sardanapalus rex Assiriorum postre=
mus. 2
Satyrus. 83
Saturni regna. 155
Saturnalia. 156
Saus. 129
Scylla. 25
Scipio exemplum fortitudinis. 126
Scytharum origo. 8
Scytharum cum Aegyptijs de uenusta
te generis contentio. 8
Scythiæ descriptio. 9
Scytharum mores. ibidem
Scytharum fortia facta. 10
Scythæ ex Asia ab uxorib. reuocati. 10
Scythici belli origo. 45
Scordisci. 129
Scolopythus. 10
Seditio militum. 65
Seleuci origo. 79
Seleuci gesta. ibidem
Seleuci mors. 84. 116
Seleuci gallinici naufragium. 115
Seleucus gallinicus Sardiniæ rex. 114
Seleuci parricidium. ibidem
Semiramidis astus & gesta. 2
Seruorum in Tyro in Dominos con=
spiratio. 87
Seruorum in dominos crudelitas. ibi.
Sybaris. 5
Siciliæ descriptio. 25
Sychæus occiditur. 88
Siculi freti angustiæ. 25
Synai mons. 135
Syracusanorum cũ Dionysio bellũ. 96
Syri olim assyrij dicti. 2
Syriæ à Demetrio defectio. 145
Syria in Ro. prouinciam redacta. 149
Sysigambis mater Darij. 68
Smerdis cambysis frater à mago occi=
ditur. 6
Solis defectus. 101
Solon. 132
Solonis astus. ibidem
Sophocles dux eligitur. 24
Sosthenis uirtus. 107
Spacon. 3
Spartanorum uirtus. 17
Spartanorum senum uirtus. 37
Spartanorum desperatio. 76
Spartanorum constantia in aduersa
fortuna. 118
Strategema Astyagis. 4
Strategema Cyri. 6
Strategema Scytharum aduersus ser=
uos. 12
Strategema Cranai ridiculum. 38
Strato rex creatur. 87
Stratonis solertia. ibidem
Sulpitius consul. 130
Suniator. 95

T

Tanais. 2
Tarentum. 23
Tarsus. 54
Tarteſiorum saltus. 161
Tectosagi. 229
Telegonus. 38
Terræ motus. 83. 149. 122.
Tessalonus. 109
Teucer. 160

Thaleſtris Alexandrum ſuſcipiendi ſobolis cauſſa adijt. 60
Thebanorum ſtultum conſilium in eligendo exteruo duce. 42
Thebani uincuntur ab Alexandro. 51
Thebanum excidium. 52
Themiſtoclis laus. 19
Themiſtoclis gloria. 15
Theodotus mille urbium Bactrianorũ præfectus. 151
Theogena Agathoclis uxor. 104
Theramenes exemplum iuſti uiri. 32
Theſeus. 11. 13
Thraſybulus exemplum pietatis erga patriam. 32
Thuſci à Gallis ſedibus pulſi. 95
Tigranes armeniæ & Syriæ rex. 148
Tigridis fluuij deſcriptio. 153
Tyranni ex urbe pulſi. 33
Tyranni trucidantur. ibidem
Tyranni εἰκών. 96. 99
Tyrannis nulla perpetua. 97
Tyrannicæ crudelitatis exemplum. 113
Tyridates ad Cæſarem profugit. 155
Tyrij Alexandro coronam auream mittunt. 55
Tyrtæus poeta. 23
Tyrus obſidetur. 55
Tyrus quando condita. 87
Tomyris. 5
Triſo regnum Syriæ inuadit. 134
Trinacria. 26

V

Veneni uis. 66
Vexores. 2
Victoriæ moderatæ exemplum. 77
Victoria Cyri de Maſſagetis. 6
Victoria Græcorum ad Salaminem. 18
Victoria Græcorum ad plateas. 28
Victoria Lyſandri. 31
Victoria Philippi ad Chironæam. 46
Victoria Locrẽſium de crotoniatis. 94
Victoria Luculli clariſs. 149
Virtutis reuerentia. 128
Viriatus Hiſpanorum dux. 160
Viriati moderatio. ibidem
Vrbes à Gallis conditæ. 95
Votum Locrenſium de proſtituendis uirginibus. 96
Vticæ conditio. 88

X

Xerxes. 15. 16. 136
Xerxis exercitus imbre et fulminibus delectus. 17
Xerxes effœminati ducis exemplũ. 18
Xerxis fuga. 29
Xerxes trucidatus. 31

Z

Zebenna Protarchi filius Alexander adpellatus, rex Syriæ conſtituitur 145
Zopyri dolus. 8
Zopyron à Scythis cum omni exercitu deletus. 10
Zopyrus cæſus cũ omnibus copijs. 60
Zoroaſtres magicæ artis inuentor. 20

FINIS.

IVSTINI HI

STORICI CLARISSIMI, IN TROGI POMPEII HISTO rias, exordium.

CVM MVLTI EX ROMAnis, etiam Conſularis dignitatis uiri, res Romanas græco peregrinoq; ſermone in hiſtoriam contuliſſent, ſeu æmulatione gloriæ, ſeu uarietate & nouitate operis delectatus uir priſcæ eloquentiæ Trogus Pompeius, græcas & totius orbis hiſtorias latino ſermone compoſuit, ut cum noſtra græce, græca quoq; noſtra lingua legi poſſent, prorſus rem magnam & animi & corporis aggreſſus. Nam cum pleriſq; auctoribus, ſingulorum Regum uel populorum res geſtas ſcribentibus, opus ſuum ardui laboris uideatur, nonne Pompeius nobis Herculea audacia orbem terrarum aggreſſus uideri debet, cuius libris omnium ſeculorum, Regũ, nationum, populorumq; res geſtæ continentur? Et quæ hiſtorici græcorum, prout commodum cuiq; fuit, inter ſe gregatim occupauerũt, omiſſis quæ ſine fructu erant, ea omnia Pompeius diuiſa temporibus, & ſerie rerum conge ſta compoſuit. Horum igitur quatuor &. xl.

Narratio & occaſio operis.

A rei difficultate.

Argumentũ à minori ad maius.

Conſilium inſtituti operis.

uoluminũm (nam totidem edidit) per otium, quo in urbe uerſabamur, cognitione quæcꝫ digna excerpſi. Sed omiſſis his quæ nec cognoſcẽdi uoluptate iucunda, nec exemplo erant neceſſaria, breue ueluti corpuſculum florum feci, ut haberent, & qui Græca didiciſſent, quo admonerentur, & qui non didiciſſent, quo inſtruerentur. Quod ad te imperator Antonine non tam cognoſcendi quam emendandi cauſſa tranſmiſi, ſimul ut otii mei, cuius & Cato reddendam operam putat, apud te ratio conſtaret. Sufficit enim mihi in hoc tempore iudicium tuum, apud poſteros, cum obtrectationis inuidia deceſſerit, induſtriæ teſtimonium habituro.

Et delectat hiſtoria & conducit ad mores Dedicatio

Virtutem odimus, ſublatam ex oculis quærimus inuidi

LIBER I.

Exordium.

Regũ prima imperia

PRINCIPIO RERVM, GENtium, Nationumcꝫ imperium penes reges erat, quos ad faſtigiũ huius maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitria Principum pro legibus erant. Fines imperii tueri magis quam proferre mos erat. Intra ſuam cuicꝫ patriam regna finiebantur. Primus omniũ Ninus Rex Aſſyriorum, ueterem & quaſi auitum gentium morem noua imperii cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes ad-

NINVS PRIMA MONARCHIA SEV IMPERIVM ASSYRI

huc ad resistendum populos ad Libyę terminos usqꝫ perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquiores, Vexores rex Aegypti, & Scythiæ rex Tanais, quorũ alter in Pontum, alter usqꝫ Aegyptum excessit. Sed longinqua non finitima bella gerebant, nec imperiũ sibi, sed populis suis gloriam quærebant, contenticꝫ uictoria imperio abstinebant. Ninus magnitudinem quæsitæ dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis, cum accessione uirium fortior ad alios transiret, & proxima quæcꝫ uictoria instrumentum sequentis esset, totius orientis populos subegit. Postremum illi bellum cum Zoroastre rege Bactrianorum fuit, qui primus dicitur artes magicas inuenisse, & mundi principia, syderumcꝫ motus diligentissime spectasse. Hoc occiso & ipse decessit, relicto impubere adhuc filio Nino, ex uxore Semiramide. Hæc nec immaturo puero ausa tradere imperium, nec ipsa imperium palam tractare, tot ac tantis gentibus uix patienter uni uiro, nedum fœminæ parituris, simulat se pro uxore Nini filium, pro fœmina puerum. Nam et statura utricꝫ mediocris, & uox pariter gracilis, & signa formæ, lineamentorum æqualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura uelamentis, tiara caput tegit, et ne nouo habitu aliquid occultare uideretur, eodem ornatu & populum uestiri iubet, quem morem uestis exinde gens uniuersa tenet. Sic primis initiis sexum mentita puer credita est, Magnas deinde res gessit, quarum

ORVM, QVOD DVRAVIT ANNIS M. CCC

Vexores rex Aegypti Tanais rex Scythiæ

Gesta Nini

Zoroastres magicæ artis inuentor

Regnauit Ninus annis lij.

II

SEMIRAMIS

dicta quod ab auibus quas Syri Semiramides appellant, sit nutrita.

Semiramidis astus

Exemplũ muliebris fortitudinis Semiramis.

amplitudine ubi inuidiam ſuperatam putat, quæ ſit fatetur, quemue ſimulaſſet. Nec hoc illi dignitatem regni ademit, ſed admirationem auxit, quod mulier nõ fœminas modo uirtute, ſed etiam uiros anteiret.

Semiramidis geſta.

Hæc Babyloniam condidit, murũq; urbis cocto late re circundedit, arena, pice, bitumine interſtrato, quę materia in illis locis paſſim e terra exæſtuat. Multa alia præclara huius reginæ fuere. Siquidem non contenta acquiſitos a uiro regni terminos tueri, Aethiopiam quoq; regno ſuo adiecit. Sed & Indiæ bellum intulit, quo præter illam, & Alexandrũ Magnum, nemo intrauit. Ad poſtremum quum concubitum filii petiſſet, ab eodem interfecta eſt. ii. & .xl. annos poſt Ninum regno potita. Filius eius Ninus cõtentus elaborato a parentibus imperio, belli ſtudia depoſuit, & ueluti ſexum cum matre mutaſſet, raro a uiris uiſus, in fœminarum turba conſenuit. Poſteri quoq; eius exempla ſecuti, reſponſa gentibus per internuncios dabant. Imperium Aſſyrii, qui poſtea Syrii dicti ſunt, annos. M. ccc. tenuere. Poſtremus apud eos regnauit Sardanapalus uir muliere corruptior, Ad hunc uidendum, quod nemini ante eum permiſſum fuerat, præfectus ipſius, Medis præpoſitus nomine Arbaces, cũ admitti magna ambitione ægre obtinuiſſet, inuenit eum inter ſcortorũ greges, purpuram colo nentem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis, & oſculorũ laſciuia omnes fœminas anteiret, perſa inter uirgines partientem. Quibus uiſis, indignatus tali fœminæ

De Babyloniæ magnitudine non ſatis conſtat apud hiſtoriographos, Vide Herodo. li. i. Diodo. li. 3.

Legem tuliſſe fertur, quapermitteretur parentibus cum liberis coire.

III

Ninus filius.

Syri olim Aſſyrii dicti.

Poſtremus rex Aſſyriorũ Sardanapalus

Exemplũ mollis & effœminati principis

tantum

tantum uirorum ſubiectum, tractanticꝫ lanam ferrũ & arma portantes parere, progreſſus ad ſocios ſuos quid uiderit refert. Negat ſe ei parere poſſe, qui ſe fœminã malit eſſe quã uirũ. Fit igitur coniuratio. Bellum Sardanapalo infertur, quo ille audito, non ut uir regnum defenſurus, ſed ut metũ mortis mulie res ſolent, primo latebras circumſpicit. Mox deinde cum paucis & incompoſitis, in bellum progreditur. Victus in regiam ſe recipit, & extructa pyra ſe et diui tias in incendium mittit. Hoc ſolo imitatus uirũ. Poſt hæc ſtatuitur rex interfector eius Arbaces, qui præfectus Medorum fuerat. Is imperium ab Aſſyriis ad Medos tranſfert. Poſt multos deinde reges, per ordinem ſucceſſionis, regnum ad Aſtyagem deſcendit. Hic per ſomnum uidit ex naturalibus filiæ, quã unicam habebat, uitem enatam, cuius palmite omnis Aſia obumbrabatur. Conſulti Arioli, ex eadem filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænunciatur, regniꝫ ei amiſſionem portẽdi reſponderunt. Hoc reſponſo perterritus neꝫ claro uiro, neꝫ ciui dedit filiam, ne paterna maternaꝫ nobilitas nepotis animum extolleret, ſed de gente obſcura tunc temporis Perſarum, Cambyſi mediocri uiro in matrimonium tradidit. Ac nec ſic quidem ſomnii

Ἐθνῶν, πάντες ὄχλου, ὡς ἀλλαχοῦ ἐδείξαμεν. Diodorus Siculus lib. 3. Simulis hiſtoria eſt apud Herodo. de Boge

SECVNDA MONARCHIA, MEDORVM QVAE DVRAVIT ANNIS CCCL.

παῖδος μὲν δὴ λέγεται κῦρος γενέσθαι καμβύσου βασιλέως. ὁ δὲ καμβύσης οὗτος, τῶν μὲν περσῶν γένος ἦν, οἰκῶν δὲ περσίδα, ἀπὸ πέρσεως καλούμενος, μητὸς δὲ ὁμολογεῖται μανδάνης γενέσθαι. ἡ δὲ μανδάνη αὕτη, ἀστυάγους ἦν θυγάτηρ τοῦ μήδων βασιλέως. φοῦναι δὲ κῦρος λέγεται, ὃν ἄρτι ἐπὶ τῆς νῦν ἐκδοὺς τῶν ἐκβάρων, εἶδος μὲν κάλλιστος. ἦν δὲ φιλανθρωπότατος, καὶ φιλομαθέστατος, καὶ φιλοτιμότατος. Hæc Xenophon.

metu depoſito, grauidam ad ſe filiam accerſit, ut ſub aui potiſſimum conſpectu fœtus necaretur. Natus infans datur occidendus Harpago, regis omnium cõ ſiliorum participi. Is ueritus ſi ad filiam mortuo rege ueniſſet imperium, eo quod nullum Aſtyages uirilis ſexus genuerat, ne illa necati infantis ultionẽ, quã a patre non potuiſſet, a miniſtro exigeret, paſtori re gii pecoris, puerum exponendum tradidit. Forte eo dem tempore & ipſi paſtori filius natus erat. Eius igi tur uxor audita regii infantis expoſitione, ſummis pre cibus rogat ſibi afferri oſtẽdiq; puerũ cuius precibus fatigatus paſtor, reuerſus in ſyluã, inuenit iuxta infan tem canem fœminam, paruulo ubera præbentem, & a feris & alitibus defendentẽ. Motus etiam ipſe miſe ricordia, qua motã ipſam canem uiderat, puerũ de fert ad ſtabulũ, eadem cane anxie proſequente, quẽ ut in manũ mulier accepit, ueluti ad notam puer allu ſit, rantuſq; in illo uigor & dulcis quidam blandientis riſus apparuit, ut paſtorem uxor ultro rogaret, quo ſuũ partũ pro illo exponeret, permitteretq; ſibi ſiue fortunæ ipſius, ſiue ſpei ſuæ puerũ nutrire. Atq; ita permutata ſorte paruulorũ, hic pro filio paſtoris edu catur, ille pro nepote regis exponitur. Nutrici Spa con poſtea nomen fuit, quia canem Perſæ ſic uocant. Puer deinde, cũ inter paſtores eſſet, Cyri nomen ac cepit. Mox rex inter ludentes ſorte delectus, cũ per laſciuiam cõtumaces flagellis cæcidiſſet a parentibus puerorũ querela eſt regi delata, indignantibus a ſer

Harpagus.

Paſtori nomẽ fuit Mitridates Οὔνομα ἦν τῇ γυναικὶ ἦν, τῇ σκυλακεῖ, Κυνὼ καὶ τὴν τῶν ἑλλήνων γλῶσσαν, κατὰ τὴν μητέρα, Σπακώ. τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα μῆδοι. Herodo. Addit præterea paſtoris infantẽ mortuũ fuiſſe natum.

CYRVS Artembares uir princeps erat, qui Cyrũ accuſabat.

uo regio

uo regio ingenuos homines seruilibus uerberibus ad fectos. Ille accersito puero & interrogato, cum nihil mutato uultu fecisse se ut regem respondisset, admiratus constantiã, in memoriã somnii responsicꝫ reuocatur. Atcꝫ ita cũ & uultus & similitudo & expositionis tempus & pastoris confessio conuenirent, nepotem agnouit. Et quoniã defunctus sibi somnio uideretur, agitato inter pastores regno, animũ minatione duntaxat in illo fregit. * Cæterũ Harpago amico suo infestus in ultionẽ seruati nepotis, filiũ eius interfecit, epulandũcꝫ patri tradidit. Sed Harpagus ad præsens tempus dissimulato dolore odiũ regis in uindictæ occasionẽ distulit. Interiecto demũ tempore cũ adoleuisset Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, ut relegatus in Persas ab auo fuerit, ut occidi eum paruulum auus iusserit, ut beneficio suo seruatus sit, ut regem offenderit, ut filiũ amiserit. Hortatur exercitũ paret, & pronã ad regnũ uiam ingrediatur, Medorum transitionẽ pollicitus, epistolacꝫ, qũia palam ferri nequibat, regis custodibus omnem aditum obsidentibus, exenterato lepori inseritur, lepusqꝫ in Persas Cyro ferendus fido seruo traditur, addita sunt retia, ut sub specie uenationis dolus lateret. Lectis ille epistolis eandem uiam somnio aggredi iussus est. Sed præmonitus ut quem primum postera die obuium haberet, socium cœptis assumeret. Igitur antelucano tempore, ruri iter ingressus obuiũ habuit seruũ de ergastulo cuiusdã Mœdi nomine Sybarem.

* *Alterũ crũdelitatis ĩ Astyage exẽplũ Fertur Astyages necatũ filium parẽti in cœna partim assum, partim elixũ uorandũ proposuisse. Cœna peracta interrogasse eũ, nunquid laute cõuiuatus esset, illo asserẽte uisse afferri reliquias, utinde si quid placeret, sibi sumeret Harpagus, hunc filij clade cognita neq̃ cõsternatum dixisse. Quando hoc ita regi libuerit, nõ id etiã sibi displicere.*

Prudẽs in occultãdis luteris cõsiliũ, quale infra Demarati & apud Herodotũ Histiæi.

Huius requisita origine, ut in Persis genitum audiuit demptis compedibus assumptoq; comite Persepolim urbem regreditur. Ibi cõuocato populo iubet omnes prẹsto cum securibus esse, & syluam uiæ circundatam excidere, quod cum strenue effeciſſent, eosdem postera die apparatis epulis inuitat, deinde cum alacriores ipso conuiuio factos uideret, rogat, ut si conditio proponatur, utrius uitæ sortem legant, hesterni nelaboris, an præsentium epularũ, præsentium ut acclamauere omnes, ait hesterno similem labori omnem uitam acturos, quo ad Medis pareant, se secutos hodiernis epulis. Lætis omnibus Medis bellum infert. Astyages meriti in Harpagum oblitus, summam belli eidem committit, qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionem tradidit, regis crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. Quod ubi Astyages audiuit contractis undiq; auxiliis, ipse in Persas proficiscitur, & repetito alacrius certamine pugnantibus suis partem exercitus a tergo ponit, & in tergiuersantes ferro agi, ut in hostes iubet, ac nunciat suis, ni uicerint, non minus fortes etiã post terga inuenturos, q; a frontibus uiros, proinde uideant, fugientibus hæc, an illa pugnantibus acies rumpenda sit. Ingens post necessitatem pugnandi animus exercitui eius accessit. Pulsa itaq; cum Persarũ acies paulatim cederet, matres & uxores eorum obuiam occurrunt, orant in prelium reuertantur, cunctantibus sublata ueste obscœna corporis ostendunt, rogantes num in uteros matrum, uel uxorum

Callidum Cyri consilium.

Cyri bellũ aduersus Medos Strategema Astyagis.

Ingens telum necessitas.

Obseruatio=minarum fa=cinus in Per=sas fugientes.

uel uxorũ uelint refugere? Hac repressi castigatione in prelium redeunt, & facta impressione, quos fugiebant, fugere cõpellunt. In eo prelio Astyages capitur, cui Cyrus nihil aliud nisi regnũ abstulit, nepotemq; in illo magis, q; victorẽ se gessit, eũq; maximæ genti Hircanorũ præposuit. Nã ipse reuerti in Medos noluit. Hic finis Medorũ imperii fuit. Regnauerũt annis .ccc. Initio regni Cyrus Sybarẽ cœptorũ, quẽ iuxta nocturnũ uisum, ergastulo liberauerat, comitẽq; in omnibus rebus habuerat, Persis præposuit, sororemq; suã ei in matrimoniũ dedit. Sed ciuitates, quæ Medorũ tributariæ fuerant, mutato imperio, etiã conditionẽ suã mutatã arbitrantes, a Cyro defecerũt, quæ res multorũ bellorũ Cyro caussa, & origo fuit. Domitis demũ pleriscq;, cũ aduersus Babylonios bellũ gereret, Babyloniis rex Lydorũ Crœsus, cuius opes, diuitię insignes ea tẽpestate erant, in auxiliũ uenit, uictusq; iã de se sollicitus in regnũ refugit. Cyrus quoq; post uictoriã cõpositis in Babylonia rebus, bellũ transfert in Lydiã. Ibi fortuna prioris prelii perculsum iã Crœsi exercitũ nullo negotio fundit. Crœsus ipse capitur, sed quanto bellũ minoris perculi, tanto & mitior uictoria fuit. Crœso & uita, & patrimonii partes, & urbs Barce concessa sunt, in qua & si non regiam uitã, tamen & proximã maiestati regiæ degeret. Hęc clementia non minus uictori q; victo utilis fuit.

Astyages capitur, qui regnauit annis 35.

Exemplũ clementiæ et moderatæ uictoriæ.

TERTIA MONARCHIA *Persarũ durauit annis* CCXXX.

CYRVS *Persarum rex Primus, regnauit secundũ Herodotũ ἐνὸς δέοντα, ξιήκοντα ἔτεα.*

Regnabat tũ Babylone is quem nostri Baltasarem, Græci Labyrunthum uocauerunt, Herodotus Labynetum.

Crœsum ait Herodotus, ultro Cyro bellum intulisse oraculis persuasum. Ob seruabis autem quæ hic de Solonis & Crœsi congressu Herodotus narrat.

Alterum clementiæ exemplum in Cyro

Hinc Prouer· Lydus Caupo natur· Lydo rũ Carycæ·

Quippe ex uniuersa Græcia, cognito quod illatum Crœso bellũ esset, auxilia uelut ad commune extin guendũ incendiũ confluebant. Tantus Crœsi amor apud omnes urbes erat, ut passurus Cyrus graue bel lum Græcię fuerit, si quid in Crœsum crudelius con suluisset. Interiecto deinde tempore occupato in aliis bellis Cyro, rebellauere Lydii, quibus iterũ uictis & arma & equi adempti, iussicę cauponias, ludicras ar tes & lenocinia exercere. Et sic gens industria quon dam potens & manu strenua, effœminata mollicie luxuriacę uirtutẽ pristinã perdidit. Et quos ante Cy rum inuictos bella præstiterant, in luxuriã lapsos ociũ ac desidia superauit. * Fuere Lydiis multi ante Crœ sum reges uariis casibus memorabiles, nullus tamen fortunæ Candauli cõparandus, qui cum uxorem suã, quã propter pulchritudinẽ nimium diligebat, omni bus prædicaret, nõ contentus uoluptatũ suarũ tacita cõscientia, nisi etiã matrimonii reticenda publicaret, prorsus quasi silentiũ damnũ pulchritudinis esset. Ad postremũ ut affirmationi suæ fidẽ faceret, eam Gygi sodali suo nudã demonstrauit. Quo facto, & amicũ in adulteriũ uxoris illectũ hostem sibi fecit, & uxorẽ ueluti tradito alii amore a se alienauit. Nam breui post tempore cædes Candauli nuptiarũ præmiũ fuit. Vxor mariti sanguine dotata, regnũ uiri & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta Asia & uniuerso oriente in potestatẽ redacto, Scythis bellũ intulit. Erat autem eo tempore Scytharũ regina Tomyris,

Digressio qua præter histo= riæ ordinem hæc de Lydo= rum regibus recitat·

Candaules Myrsi filius, ab Alcæo Her culis oriũdus Prouerb· Gygis annu= lus· Scribit He rodotus muli= erculam Gygi mandasse, ut aut Candaulẽ occideret, aut se pateretur occidi quod in re turpi Cã dauli paruis= set· De huius Gygis annulo multa sunt in 2· de Legi· a= pud Plat· & Ci· li· 3· Offi·

Cypri facinus obscœnũ·

Tomyris Re= gina Scythiæ

quæ

quæ nõ muliebriter aduẽtu hoſtiũ territa, cũ prohibere eos poſſet, uadũ Araxis fluminis tranſire permiſit, & ſibi fœliciorẽ pugnã inter regni ſui terminos rata, & hoſtibus obiectu fluminis fugã difficiliorẽ. Itaq; Cyrus tranſiectis copiis cũ aliquantiſper in Scythiã proceſſiſſet, caſtrametatus eſt. Deinde poſtera die cũ ſimulato metu & quaſi refugiẽs caſtra deſeruiſſet, uinũ affatim & ea quæ erant epulis neceſſaria reliquit. Quod cum renunciatũ reginæ eſſet, adoleſcẽtulum filiũ, ad inſequendũ eum cum tertia parte copiarum mittit. Cum uentum ad Cyri caſtra eſſet, ignarus rei militaris adoleſcens, ueluti ad epulas, nõ ad prælium ueniſſet, omiſſis hoſtibus, inſuetos Barbaros uino onerare ſe patitur. Priuſq; Scythæ ebrietate quam bello uincuntur. Nam cognitis his, Cyrus reuerſus per noctem, ſecuros opprimit, omneſq; Scythas cum reginæ filio interficit. Amiſſo tanto exercitu, & quod grauius dolendum, unico filio, Tomyris orbitatis dolorem non in lachrymas effundit, ſed in ultionis ſolatia intendit, hoſteſq; recenti uictoria exultantes, pari inſidiarum fraude circundedit. Quippe ſimulata diffidentia propter uulnus acceptum refugiens, Cyrum aduſq; anguſtias perduxit. Ibi compoſitis in montibus inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidauit. In qua uictoria etiam illud memorabile fuit, quod neq; nuncius tantæ cladis quidem ſuperfuit. Caput Cyri amputatum in utrem humano ſanguine repletum

Strategema Cyri quod ei Cræſus captus ſubminiſtrauit

Adoleſcens Spargapiſes appellabatur

Victoria Cyri de Maſſagetis

Herodotus ait Spargapiſem ſibimet mortẽ conſciuiſſe

Cyri in Maſſagetis interitus

coniici regina iubet, cũ hac exprobratiõe crudelitatis, Satia te sanguine, inquit, quẽ sitisti, cuiusq; insatiabilis semper fuisti. Cyrus regnauit annis. xxx. nõ initio tantũ regni, sed continuo totius tẽporis successu admirabiliter insignis. Huic successit filius Cambyses, qui imperio patris Aegyptũ adiecit, sed offensus superstitionibus Aegyptiorũ, Apis, cęterorũq; Deorũ ædes dirui iubet. Ad Ammonis quoq; nobilissimũ templũ expugnandũ exercitũ mittit, qui tempestatibus & arenarum molibus oppressus interiit. Post hæc per quietem uidit fratrem suum Smerdim regnaturum, quo somnio exterritus, non dubitauit post sacrilegia, etiam parricidium facere. Erat enim difficile, ut parceret suis, qui contemptu religionis, grassatus etiam cõtra Deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministerium, Magum quendam ex amicis delegit, nomine Praxaspem. Interim ipse gladio sua sponte euaginato, in fœmore graui uiter uulneratus occubuit, pœnasq; luit, seu imperati parricidii, seu sacrilegii perpetrati. Quo nuncio accepto, Magus ante famam amissi regis occupat facinus, prostratoq; Smerde cui regnum debebatur, fratrem suum subiecit Smerdim. Erat enim oris & corporis liniamentis persimilis, ac nemine subesse dolum arbitrante, pro Smerde, rex Smerdis constituitur. Quæ res eo occultior fuit, quod apud Persas persona regis sub specie maiestatis occulitur. Igitur Magi ad fauorem populi conciliandum, tributa & militię uacationem in triennũ remittunt, ut regnũ quod fraude quæsierant, indulgentia

Exemplũ crudelitatis Scythicæ.

II

Cambyses Cyri filius, dissimillimus patri, Persarum rex secundus, Regnauit annis 7. mensibus 5.

Exemplũ impietatis.

ἐπιφώνημα

Praxaspes.

Impietas punita.

Mago nomen fuit Patizithæ, præses in Persis à Cãbyse relictus, is regis fratre noĩe Smerde occiso, suũ fratrem Smerdim priori cognominẽ & persimilẽ, regẽ subornat.

indulgentia & largitionibus confirmarent, quæ res ſuſpecta primo Otani uiro nobili, & in coniectura ſagaciſſimo, fuit. Itaq; per internuncios quærit a filia, quæ inter regias Pallacas erat, an Cyri regis filius rex eſſet. At illa nec ſe ſcire ipſam ait, nec ex alia poſſe cognoſcere, quia ſingulæ ſeparatim recludantur. Tum pertractare dormienti caput iubet. Nam mago Cambyſes aures utraſq; præciderat. Factus deinde per filiam certior ſine auribus eſſe regem, optimatibus Perſarum rem indicat, & in cædem falſi regis impulſos ſacramento religionis obſtringit. Septem tantum conſcii fuere huius coniurationis, qui ex continenti, ne dato in pœnitentiam ſpatio, res per quenquam narraretur, occultato ſub ueſte ferro ad regiam pergunt. Ibi obuiis interfectis, ad magos perueniunt. Quibus ne ipſis quidem animus in auxilium ſuum defuit. Siquidem ſtricto ferro duos de coniuratis interficiunt. Ipſi tamen corripiuntur a pluribus, quorum alterum Gobryas amplexus magum, cunctantibus ſociis ne ipſum pro mago transfoderent, quia res obſcuro loco gerebatur, uel per ſuum corpus adigi mago ferrum iuſſit. Fortuna tamen ita regente, illo incolumi magus interficitur. Occiſis magis, magna quidem gloria recuperati regni principũ fuit, ſed multo maior in eo, quod cum de regno ambigerent, concordare potuerunt. Erant enim & uirtute & nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret. Ipſi, igitur uiam

Otanes Pharnaſpis filius, cuius filia Phædyma appellabatur.

Perſarũ optimatum cõtra duos magos fratres coniuratio.

Herodotus uulneratos ait, non interfectos, Aſpathinem nempe et Intaphernem.

Concordia principum.

Extant apud Herodo-pulcherrimæ horũ consultationes de regno, An ἰσονομία aut ὀλιγαρχία aut μοναρχία sit cõstituenda

inuenerunt, qua de se iudicium religioni & fortunæ committerent. Pacti inter se sunt, die statuta omnes equos ante regiam primo mane perducerent, & cuius equus ante solis ortum hinnitum primus edidisset, is rex esset. Nam & solem unum Deum Persæ esse credunt, & equos eidem Deo sacratos ferunt. Erat inter coniuratos Darius Hystaspis filius, cui de regno solicito equi custos ait, si ea res uictoriam moraretur, nil negotii superesse, proinde nocte equam, pridie ante constitutam diem, ad eundem locum ducit, ibicꝫ equæ equum admittit, ratus ex uoluptate ueneris futurum, quod euenit. Postera die cum ad statutam horam omnes uenissent, Darii equus cognito loco ex desyderio fœminæ hinnitum statim edidit, & segnibus aliis fœlix auspiciũ domino primus emisit. Tanta moderatio cęteris fuit, ut audito auspitio confestim equis desilierint, & Dariũ regem salutarint. Populus quoꝫ uniuersus secutus iudicium principum eundem constituit regem. Sic regnum Persarum septem nobilissimorum uirtute quęsitum, tam leui momento in unum collatum est. Incredibile prorsus pro tanta pietate gessisse eos, quod ut eriperent a magis, mori non recusarent, quanquam præter formam uirtutemꝫ hoc imperio dignam & cognatio Dario iuncta cum pristinis regibus fuit. Principio igitur regni Cyri regis filiam, regalibus nuptiis regnum firmaturus, in matrimoniũ recepit, ut non tam in extraneum translatum quam in familiam Cyri reuersum uideretur. Interiecto de

DARIVS Oebaris astutia

III DARIVS Persarum tertius, ex equi hinnitu rex electus qui regnauit annis XXXVI.

ἐπιφώνημα

Herodotus Δαρεῖος μὲν ἐγάμεε, καὶ δύο θυγατέρας, ἄλλας

inde

inde tempore, cum Assyrii desciuissent, & Babylo niam occupassent, difficilisq; urbis expugnatio esset, æstuante rege, unus de interfectoribus Magorũ Zopyrus nomine, domi se uerberibus lacerari toto corpore iubet, nasum & labia & aures sibi præcidi, atq; ita regi inopinanti se offert. Attonitum & quærentẽ Darium causas auctoremq; tam fœdæ lacerationis, tacitus quo proposito fecerit, edocet, formatoq; in futurum consilio, transfugę titulo Babyloniam profiscitur. Ibi ostendit populo laniatũ corpus. Queritur crudelitatem regis, a quo in regni portione non uirtute, sed auspitio, non iudicio hominum, sed hinnitu equi superatus sit. Iubet illos ex amicis exemplũ capere quid hostibus cauendum sit. Hortatur ne mœnibus magis, q̃ armis confidant, patianturq; se commune bellum recentiore ira gerere. Nota nobilitas uiri pariter & uirtus omnibus erat, nec de fide timebant, cuius ueluti pignora uulnera corporis, & iniuriæ notas habebant. Constituitur ergo dux omnium suffragio & accepta parua manu semel atq; iterum cedentibus ex consulto Persis secunda prælia fecit.

Ad postremum uniuersum sibi creditum exercitum regi prodidit, urbemq; ipsam in potestatẽ eius redegit. Post hæc Darius rex bellum Scythis infert, quod sequenti uolumine referam.

σάντε, καὶ Ἀρτυσώιλω

Zopyrum ait Hero. non ex interfectorum numero, sed unus ex cõuratis, nempe Megabysi filium fuisse Zopyri dolus talem Virgilius Sinonẽ finxit.

Darius dixisse fertur, se unũ Zopyrũ integrum malle, quàm centum Babylonas capere. Et oblato malo granato, tantum optaut sibi zopyrorũ, quantum ibi granorũ ineſſet.

Proditio Babyloniæ

00019265

IVSTINI

IVSTINI HISTORICI LIBER SECVNDVS.



De Scytharũ origine, populis, & moribus, copiosissime Herodotus in μελπομένῃ.

IN relatione rerum a Scythis gestarum, quæ satis amplæ, magnificæq; fuerunt, principium ab origine repetendum est. Non enim minus illustria initia, q̃ imperium habuere, nec uirorum imperio magis q̃ fœminarum uirtutibus claruere. Quippe cum ipsi Parthos Bactrianosq;, fœminæ autem eorum Amazonum regna condiderint, prorsus ut, res gestas uirorum mulierumq; considerantibus, incertum sit, uter apud eos sexus illustrior fuerit. Scytharũ gens antiquissima semper habita, quanquã inter Scythas & Aegyptios diu contentio de generis uetustate fuerit, Aegyptiis prædicantibus, initio rerum, cum aliæ terræ nimio feruore solis arderent, aliæ rigerẽt frigoris immanitate, ita, ut non modo generare homines, sed ne aduenas quidem recipere ac tueri possent, prius quam aduersus calorem, uel frigus uelamenta corporis inuenirentur, uel locorum uitia quæ situs arte remediis mollirentur, Aegyptum ita temperatam semper fuisse, ut neq; hyberna frigora, nec æstiui solis ardores, incolas eius premerent, Solum ita fœcundum, ut alimentorum nulla terra feratior sit in usus hominum. Iure igitur ibi primum homines

Contentio de generis uetustate.

Aegyptiorũ argumenta ab aëris tẽperie & soli fertilitate.

Fuit Aegyptiis de generis uetustate etiã cũ Phrygib. cõtentio, De qua Herodo. lib. 2.

Conclusio.

homines natos uideri debere, ubi educari facillime possent. Contra Scythæ cœli temperamentum, nullum esse uetustatis argumentum putabant. Quippe naturam, cum primum incrementa caloris & frigoris regionibus distinxerit, statim ad locorum patientiam animalia quoq; generasse, sed arborum atq; frugũ, pro regionum conditione, apte genera uaria ta. Et quanto Scythis sit cœlũ asperius quam Aegyptiis, tanto & corpora & ingenia esse duriora. Cæterum si mundi, quæ nunc partes sunt, aliquando unitas fuit, siue illuuies aquarum principio rerum, terras obrutas tenuit, siue ignis, qui & mundum genuit, cuncta possedit, utriusq; primordii Scythas origine præstare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus sedem terris dedit, nullam prius, q; septentrionalem partem hyemis frigore ab igne secretam, adeo, ut nunc quoq; nulla magis rigeat frigoribus. Aegyptum uero & totum orientẽ tardissime temperatum, quippe qui etiam nunc torrenti calore solis exæstuet. Quod si oẽs quondã terræ summersę profundo fuerũt, ꝓfecto editissimã quãq; partẽ decurrẽtibus aquis prius detectam, humilimo autem solo, eandem aquam diutissime immoratam. Et quanto prior quæq; pars terrarum siccata sit, tanto prius animalia generare cœpisse. Porro Scythiam adeo editiorem omnibus terris esse, ut cuncta flumina ibi nata in mare Mæoticum, tum deinde in Ponticum & in Aegyptium mare decurrant. Aegyptum

Confutatio superiorum. Propositio. Ratio.

Dilẽma, quo probant Scythæ se Aegyptiis esse uetustiores.

Dicit Mundum esse ex Igne genitum.

Prima Dilemmatis pars.

Secunda pars

De AEgypto & Nilo, uide Herodotũ in Εὐτέρπῃ, Plin. lib. 5. cap. 9. Pompo. Melam lib. 2. cap. 5.

autem (quæ tot regum, tot seculorum cura, impensaq; munita sit, & aduersus uim decurrentium aquarum tantis instructa molibus, tot fossis concisa, ut cum his arceantur, illis recipiantur aquæ, nihilominus coli, nisi excluso Nilo, non potuerit) nec posse uideri hominum uetustate ultimam, quæ exaggerationibus regum, siue Nili trahentis limum, terrarum recentissima uideatur. His igitur argumentis superatis Aegyptiis antiquiores semper Scythæ uisi. Scythia in orientem porrecta includitur ab uno latere ponto, & ab altero montibus Ripheis. A tergo Asia & Tanai flumine, multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nulli, neq; enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectũ, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus & per incultas solitudines errare solitis. Vxores libe rosq; secum in plaustris uehunt, quibus, coriis imbrium hyemisq; caussa tectis, pro domibns utuntur.

Scythiæ descriptio.

Scytharum mores.

De Scytharũ moribus copiose Herod. Ἐπὰν δὲ πρῶτον ἄνδρα καταβαλὴ αὐὴρ σκύθης, τοῦ ἄιματος ἐμπίνει, ὅσους δ' ἂν φονεύσῃ ἐν τῇ μάχῃ τουτέων τὰς κεφαλὰς ἀποφέρει τῷ βασιλέϊ.

Iustitia gentis ingeniis culta, nõ legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius, quippe sine tecto, munimentoq; pecora & armenta habentibus, quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliquimortales appetunt. Lacte & melle uescuntur. Lanæ iis usus, ac uestium ignotus, & quanq̃ continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis, aut murinis uestiuntur. Hæc continentia, illis morum quoq;

quoque iuſticiam dedit, nihil alienum concupiſcentibus. Quippe diuitiarum cupido ibi eſt, ubi & uſus. Atque utinam reliquis mortalibus ſimul moderatio, & abſtinentia alieni foret. Profecto non bellorum tantum, per omnia ſecula, terris omnibus continuaretur, neq; plus hominum ferrum & arma, q̃ naturalis fatorum conditio raperet. Prorſus, ut admirabile uideatur hoc illis naturam dare, quod Græci longa ſapientum doctrina, præceptiſq; philoſophorum conſequi nequeunt, cultoſq; mores, incultæ barbariæ collatione ſuperari. Tanto plus in illis proficit uitiorum ignoratio, q̃ in his cognitio uirtutis. Imperium Aſiæ ter quæſiuere Scythæ, ipſi perpetuo ab alieno imperio, aut intacti aut inuicti manſere. Dariũ regem Perſarum, turpi a Scythia ſummouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem Zopyrona pari ratione cum copiis uniuerſis deleuerunt. Romanorum audiuere, non ſenſere arma. Mox Parthicum, & Bactrianum imperium ipſi condiderunt, gens & laboribus & bellis aſpera. Vires corporum immenſæ, nihil parare, quod amittere timeant, nihil uicti res præter gloriam concupiſcunt. Primus Scythis bellum intulit Vexores rex Aegyptius, miſſis prius legatis, qui hoſtibus parendi legem dicerent. Sed Scythæ iam antea de aduentu regis a finitimis certiores facti, legatis reſpondent. Miramur tam opu

Ἐπιφώνημα Catalogo quodam recenſet Scythariũ fortia facta, à quibus eos laudat.

Quis primũ Scythis bellũ intulerit.

lenti populi ducem ſtolide aduerſus inopes occupaſſe bellum, quod magis domi fuerit illi timẽdum, quod belli certamen anceps, præmia uictoriæ nulla, dam na manifeſta ſint. Igitur non expectaturos Scythas, ut ad ſe ueniatur, cum tanto ſibi in hoſte plura concu piſcenda ſint, ultroq; prodituros obuiam. Nec dicto res morata, quos cum tanta celeritate uenire rex di diciſſet, in fugam uertitur, & exercitu cum omni ap paratu belli relicto, in regnum trepidus ſe recepit. Scythas ab Aegypto paludes prohibuere. Exinde re uerſi, Aſiam perdomitam uectigalem fecerunt, mo dico tributo, magis in titulum imperii quam in uicto riæ præmium, impoſito, quindecim annis pacandæ Aſiæ morati, uxorum flagitatione reuocantur, per legatos denunciãtium, ni redeant, ſobolem ſe ex fi nitimis quæſituras, nec paſſuras, ut in poſteritatem Scytharum genus per fœminas intercidat. His igitur Aſia per mille quingentos annos uectigalis fuit. Pen dendi tributi finem Ninus rex Aſſyriorũ impoſuit. Sed apud Scythas medio tempore duo regii iuuenes Plinos & Scolopythus per factionem optimatũ, do mo pulſi, ingentem iuuentutem ſecum traxere, & in Cappadociæ ora iuxta amnem Thermodoonta con ſedere, ſubiectoſq; Themiſcyrios campos occupa uere. Ibi per multos annos ſpoliare finitimos conſue ti, conſpiratione populorum per inſidias trucidãtur. Horũ uxores cũ uiderẽt exilio ſuo additam orbitatẽ, arma ſumpſere, fineſq; ſuos ſummouẽtes primo, mox

Thucydides ἀδηλα τὰ τῶν πολέμων, ἢν μὴ ὀλίγου τὰ πολλά.

Vexoris fuga.

Scythæ ex Aſia ab uxoribus reuocati.

Aſia per mille 7 quingẽtos annos Scythis uectigalis fuit

De Amazoniæ origine, Diodorus Siculus lib. 3.

Thermodoon de quo Plinius lib. 6. cap. 3.

inferentes bella, defendunt. Nubendi quoq; finiti
mis animum omisere, seruitutem non matrimonium
adpellantes, singulare omnium sæculorum exemplũ.
Auxere Rempublicam sine uiris, iam etiam cum con
temptu uirorum se tuentur. Et ne fœliciores aliæ aliis
uiderentur, uiros, qui domi remanserant, interfici
unt. Vltionem quoq; cæsorum coniugum excidio
finitimorum consequuntur. Tunc pace armis quæsi
ta, ne gens interiret, cõcubitum finitimorum ineunt.
Si qui mares nascerentur, interficiebãtur. Virgines
in eundem ipsum morem, non otio, neq; lanificio,
sed armis, equis, uenationibus exercebant, inustis in
fantiũ dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus
impediretur, unde Amazones dictæ sunt. Duæ re
ginæ his fuere Marthesia, & Lampedo, quæ in duas
partes agmine diuiso, inclitæ iam opibus, uicibus ge
rebant bella, sollicite terminos alternis defendentes,
& ne successibus deesset auctoritas, generatas se Mar
te prædicabãt. Itaq; maiore parte Europæ subacta,
Asiæ quoq; nonnullas ciuitates occupauere. Ibi
Epheso, multisq; aliis urbibus conditis partem exer
citus cum ingenti præda domum remittunt. Reli
quæ, quæ ad tuendum Asiæ imperium remanserant
concursu Barbarorum cum Marthesia regina interfi
ciuntur. In cuius locum filia eius Orithya regno suc
cedit. Cui præter singularem belli industriam, eximia
seruatæ in omne æuũ uirginitatis admiratio fuit. Hu
ius uirtute tantum additũ gloriæ, & famæ Amazoni

*Exempla mulieb*ris fortitudinis

Vnde dictæ Amazones.

Gesta Amazonum.

Orithya

bus eſt, ut Herculi rex, cui .xii. ſtipendia debebat, quaſi impoſſibile imperauerit, ut arma reginæ Amazonum ſibi adferret. Igitur eo profectus longis nouem nauibus, comitante principum Græciæ iuuentute, inopinantes aggreditur. Duæ ex quatuor tunc ſorores Amazonum regna tractabant, Antiope, & Orithya, quarum Orithya foris bellum gerebat. Igitur cum Hercules ad littus Amazonum adplicuiſſet, infrequens multitudo, cum Antiopa regina nihil hoſtile metuente erat. Quare effectum eſt, ut paucæ repentino tumultu excitatę, arma ſumerent, facilemq; uictoriã hoſtibus darent. Multæ itaq; cæſæ, captæq;, in his duæ captæ ſunt Antiopæ ſorores, Menalippe ab Hercule, Hippolyte a Theſeo. Sed Theſeus, obtenta in præmium captiua, eandem in matrimonium adſumit, ex ea genuit Hippolytum. Hercules poſt uictoriam, Menalippen captiuam ſorori reddidit, & precium, arma reginæ accepit. Atq; ita imperio functus, ad regem reuertitur. Sed Orithya ubi comperit bellum ſororibus illatum, & raptorem eſſe Athenienſium principem, hortatur comites in ultionem, fruſtraq; Ponti ſinum, & Aſiam domitam eſſe dicit, ſi Græcorum non tam bellis quam rapinis pateant. Auxilium deinde a Sagillo rege Scytharum petit. Genus ſe Scytharum eſſe, cladem uirorum, neceſſitatẽ armorum, belli cauſſas oſtendit, adſecutaſq; uirtute, ne ſegniores uiris fœminas habere Scythæ uideantur. Motus ille domeſtica gloria, mittit cum ingenti equitatu

Bellum Herculis cum Amazonibus, fuit autẽ rex qui hoc Herculi mandauit Euryſteus.

Theſeus.

Hippolytus.

Bellum Athenienſibus ab Amazonibus illatum.

Sagillus.

equitatu filium Penaxagoram in auxilium. Sed ante prælium dissensione orta ab auxiliis desertæ, bello ab Athenienſibus uincuntur. Receptaculum tamen habuere castra sociorum, quorum auxiliis intactæ ab aliis gentibus, in regnum reuertuntur. Post Orithyam Penthesilæa regno potita est, cuius Troiano bello inter fortissimos uiros, cum auxiliū aduersus græcos ferret, magnæ uirtutis documenta extitere. Interfecta demum Penthesilæa, exercituq; eius ab sumpto, paucæ quæ remanserant, ægre se aduersus finitimos defendendo, usq; ad tempora Alexandri Magni durauerunt. Harū Minothæa siue Thalestris regina concubitu Alexandri per dies. xiii. ad sobolem, ex eo generandam obtento, reuersa in regnum breui post tempore cum omni Amazonum nomine intercidit. Scythæ autem tertia expeditione Asiana, cum annis. vii. a coniugibus, & liberis abfuissent, seruili bello domi excipiuntur. Quippe coniuges eorum, longa expectatione uirorum fessæ, nec iam teneri bello, sed deletos ratæ, seruis ad custodiam pecoris relictis, nubunt, qui reuersos cum uictoria dominos, uelut aduenas armati finibus prohibent. Quibus cū uaria uictoria fuisset, admonent Scythæ mutare genus pugnæ, memores non cum hostibus, sed cum seruis præliandum, nec armorum, sed dominorum iure uincendos, uerbera in aciem, non tela ferenda, omisso q; ferro, uirgas & flagella, cæteraq; seruilis metus paranda instrumēta. Probato omnes

Penaxagoras

Penthesilæa. Virgilius Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis, Penthesilæa furēs &c.

Amazonū interitus.

Redit ad Scytharum historiam.

Strategema Scytharum cō tra seruos. Herodotus in μνημένη

consilio instructi, sicut præceptum erat, posteaquã ad hostes accessere, inopinantibus uerbera intentãt, adeoqꝫ illos perturbant, ut quos ferro non poterant, metu uerberum uincerent, fugamqꝫ non ut hostes uicti, sed ut fugitiui serui capesserent. Quicunqꝫ capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Mulieres quoqꝫ male sibi conscię, partim ferro, partim suspendio uitam finierunt. Post hoc apud Scythas pax fuit, usqꝫ ad tempora Lanthini regis, huic Darius rex Persarum, sicuti supra dictum est, cũ filiæ eius nuptias nõ obtinuisset, bellũ intulit, & armatis septingentis millibus hoĩm Scythiã ingressus, nõ facientibus hostibus pugnæ potestatẽ, metuẽs ne interrupto ponte Istri reditus sibi intercluderetur, amissis nonaginta millibus hominum trepide refugit, quæ iactura, abundante multitudine, inter damna numerata non est. Inde Asiam, & Macedoniam domuit. Ionas quoqꝫ nauali prælio superat. Demum cognito, quod Athenienses Ioniis auxilium contra se tulissent, omnem impetũ belli in eos conuertit. Nunc quoniam ad bella Athenienſium uentum est, quæ non modo ultra spem gerendi, uerumetiam ultra gesti fidem patrata sunt, operaqꝫ Athenienſium effectu maiora, quam uoto fuerunt, paucis uerbis origo repetenda est, quia non ut cæteræ gentes a sordidibus initiis ad summa creuere. Soli enim præter quam incremento, etiam origine gloriantur. Quippe non aduenæ, necꝫ passim collecta populi colluuies origi

Lanthinus.

BELLVM Darij aduersus Scythas.

Solius Histiæi Milesij opera factum est, ne pons interũperetur. Herodotus li. iiij

Præclara Athenienſium origo.

Demosthenes in oratione περὶ τ παραπρεσβείας, μόνοι γὰρ τῶν πάντων ἀν τόχθονες ὑμεῖς.

nem

nem urbi dedit, sed in eodē nati solo, quod incolunt & quæ illis sedes, eadem origo est. Primi lanificii, & olei & uini usum docuere. Arare quoq; & serere frumenta, glande uescentibus monstrauerunt. Litteræ certe ac facundia, & hic ciuilis ordo disciplinæ, ueluti templum Athenas habent. Ante Deucalionis tē pora regem habuere Cecropem, quem ut omnis antiquitas fabulata est, biformem prodidere, quia primus marem fœminæ matrimonio iunxit. Huic succes sit Cranaus, cuius filia Attis regioni nomen dedit. Post hunc Amphytrion regnauit, qui primus Mineruæ urbem sacrauit, & nomen ciuitati Athenas dedit. Huius temporibus aquarum illuuies maiorem partē Græciæ absumpsit, superfuere, quos refugia montium receperunt, aut ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus uecti sunt, a quo propterea genus hominum conditum dicitur. Per ordinem deinde successionis, regnum ad Erechtheum descendit, sub quo frumenti satio apud Eleusina a Triptolemo reperta est, in cuius muneris honorem noctes initiorū sacratæ. Tenuit & Aegeus Thesei pater Athenis regnū. A quo per diuortiū decedens Medea, propter adultam priuigni ætatem, Colchos cum Medo filio ex Aegeo suscepto concessit. Post Aegeum Theseus, ac deinde post Theseum Demophoon, qui auxilium Græcis aduersus Troianos tulit, regnum possedit. Erant inter Athenienses, & Dorenses simultatum ueteres offensæ, quas uindicaturi bello Dorenses de

Αὐτόχθονες quarum rerū inuentores

Athenienſium reges.

Cecrops biformis

Cranaus. Amphytrion. Minerua

Deucalion rex Theſſaliæ

Erechtheus

Aegeus ex Aethra Pitthei filia Theſeum genuit. Plutar. in Vita The.

Theſeus. Demophoon

euentu belli oracula consuluerunt. Responsum, superiores fore, ni regem Athenienſium occidiſſent, cum uentum eſſet in prælium, militibus ante omnia cuſtodia regis præcipitur. Athenienſibus eo tempore rex Codrus erat, qui et reſponſo Dei, & præceptis hoſtium cognitis, permutato regis habitu, pannoſus, ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur. Ibi in turba obſiſtẽtium a milite, quem falce aſtu uulnerauerat, interficitur. Cognito regis corpore, Dorenſes ſine prælio diſcedunt. Atq; ita Athenienſes, uirtute ducis pro ſalute patriæ morti ſe offerentis, bello liberantur. Poſt Codrum nemo Athenis regnauit, quod memoriæ nominis eius tributum eſt. Adminiſtratio Reipublicæ annuis magiſtratibus permiſſa eſt. Sed ciuitati nullæ leges tunc erant, quia libido regum pro legibus habebatur. Eligitur itaq; Solon, uir iuſtitia inſignis, qui uelut nouam ciuitatẽ legibus conderet, qui tanto temperamento inter plebem, ſenatumq; egit, cum, ſi quid pro altero ordine tuliſſet, alteri diſpliciturum uideretur, ut ab utriſq; parem gratiam traheret. Huius uiri inter multa egregia, & iſtud memorabile fuit. Inter Athenienſes, et Megarenſes de proprietate Salaminæ inſulæ, prope uſq; ad interitum, armis dimicatum fuerat. Poſt clades multas capitale eſſe apud Athenienſes cœpit, ſi quis legem de uendicanda inſula tuliſſet. Sollicitus igitur Solon, ne aut tacendo, parum Reipublicæ cõſuleret, aut cenſendo, periculũ ſibi adferret, ſubitã dementiam

Codrus ultimus Atheniẽſium rex.

Exemplũ pietatis erga patriam.

Mutatur ſtatus Reipub. Atheniẽſiũ.

SOLON, *de quo Plut. & Herodotus in κλειώ.*

Aſtus Solonis.

dementiam ſimulat, cuius uenia non dicturus modo prohibita, ſed facturus erat. Deformis habitu mo re uecordium in publicum euolat, factoq; concurſu hominum, quo magis conſilium diſſimularet, inſo litis ſibi uerſibus ſuadere populo cæpit, quod ueta batur, omniumq; animos ita cepit, ut extemplo bel lum aduerſus Megarenſes decerneretur, inſulaq; de uictis hoſtibus Athenienſium fieret. Interea Mega renſes, memores illati ab Athenienſibus belli, & ueriti, ne fruſtra arma mouiſſe uiderentur, matro nas Athenienſium in Eleuſinis ſacris noctu oppreſſu ri, naues conſcendunt. Qua re cognita, dux Athe nienſium Piſiſtratus iuuentutem in inſidiis collocat, iuſſis matronis ſolito clamore, ac ſtrepitu & in acceſ ſu hoſtium, ne intellectos ſe ſentiant, ſacra celebra re, egreſſoſq; nauibus Megarenſes inopinantes ag greſſus, deleuit, ac protinus claſſe captiua, intermi xtis mulieribus, ut ſpeciem captiuarum matronarũ præberent, Megaram contendit. Illi cum nauium formam, & petitam prædam agnoſcerent, obuii ad portum procedunt, quibus cæſis, Piſiſtratus pau lulum a capienda urbe abfuit. Ita Megarenſes ſuis dolis hoſti uictoriam dedere. Sed Piſiſtratus quaſi ſi bi, non patriæ uiciſſet, tyrannidem per dolum oc cupat. Quippe uerberibus uolunta riis domi adfectus, laceratoq; corpore in publicum progreditur, & aduocata contione uulnera populo oſtendit, de

Vafri & callidi ingenij exemplum

Piſiſtratus

Dolus doloſæ pe uincitur

Solonem ad Piſiſtratum dixiſſe ferunt, Abuti eũ Vlyſſis in ſe adfligendo exemplo. Illum enim ut hoſtes, ipſum ut ciues falleret ſi bijpſi manus intuliſſe.

crudelitate principum, a quibus hoc se passum simu
labat, queritur, adduntur uocibus lachrymæ, & in
uidiosa oratione multitudo credula incenditur, amo
re plebis inuisum se senatui adfirmat, obtinet ad cu
stodiam corporis sui satellitum auxilium, per quos
occupata tyrannide per annos. xxxiiii. regnauit.

Diocles

Post eius mortem Diocles alter ex filiis, per uim
stuprata uirgine, a fratre puellæ interficitur. Alter

Hippias

Hippias nomine, cum imperium paternū teneret,
interfectorem fratris compræhendi iubet, qui cum
per tormenta conscios cædis nominare cogeretur,
omnes amicos tyranni nominauit, quibus interfe-
ctis, quærenti tyranno, an adhuc reliqui conscii es
sent, nemo ait supereſt, quem amplius mori gestiã,

Libere dictũ

quam ipsum tyrannum, qua uoce, eiusdem tyranni
se uictorem post uindictam pudicitiæ sororis osten
dit. Huius uirtute cum admonita ciuitas libertatis es

De Tyrannis per Lacedæmonios ex Athenis electis, Herod. lib. 5.

set, tandem Hippias regno pulsus in exilium agi-
tur, qui profectus in Persas, ducẽ se Dario, inferen
ti Athenienſibus bellum, sicuti supra significatum

Redit ad superiorẽ historiam de Dario bellum Athenienſibus inferente.

est, aduersus patriã suam offert. Igitur Athe
nienses, audito Darii aduentu, auxilium a
Lacedæmoniis, socia tunc ciuitate, petierũt.
Quos ubi uiderunt quatridui teneri religione, nõ
expectato auxilio, instructis decem millibus ciuiũ,

BELLVM

Medicum de quo Herod. Milciades.

& Platẽsibus auxiliariis, mille aduersus sexcenta mil
lia hostiũ in campos Marathonios in prælium egre
diuntur. Milciades & dux belli erat & author non
expectandi

expectandi auxilii, quem tanta fiducia cepe rat, ut plus præsidii in celeritate, quam in so ciis duceret. Magna igitur currentibus in pu gnam alacritas animorum fuit, adeo, ut cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu an te iactus sagittarum ad hostem uenirent, nec auda ciæ eius euentus defuit. Pugnatum est enim tanta uirtute, ut hinc uiros, inde pecudes putares. Victi Persæ in naues confugerunt, ex quibus multæ sup pressæ, multæ captæ. In eo prælio tanta uirtus sin gulorum fuit, ut cuius laus prima esset, difficile iu dicium uideretur. Inter cæteros tamen Themisto dis adolescentis gloria emicuit, in quo iam tunc indo les futuræ imperatoriæ uirtutis adparuit. Cynæ giri quoq; militis Atheniẽsis gloria magnis scripto rum laudibus celebrata est, qui post prælii innume ras cædes, cum fugientes hostes ad naues egissent, onustam nauem dextra manu tenuit, nec prius di misit, quam manum amitteret. Tum quoq; ampu tata dextra, nauem sinistra comprehendit, quam et ipsam, cum amisisset, ad postremum morsu nauem detinuit. Tantam in eo uirtutem fuisse, ut non tot cædibus fatigatus, non ambabus manibus amissis ui ctus, ad postremum truncus, & ueluti rabida fera dentibus dimicauerit. Ducenta millia Persæ eo prælio, sine nauigio, amise runt. Cecidit & Hippias tyrãnus Athe niensis author & concitator eius belli, Diis patriæ ultoribus pœnas repetenti

Xenophon πολλαχοῦ τὸ τάχος μᾶλλον τῆς βίας ὠφελήσαι τοὺς τὰ δίκαια.

Nobilis ad Marathonem pugna.

In hac pugna uictæ sunt sex & quadraginta nationes.

Militaris fortitudinis exempla.

Præclarum facinus Cynægiri

Obserua quæ in hac historia Herod. de Hippiæ somnio et Epizelo Athenense narrat

ἐπιφώνημα

Herod. lib. 6. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ, ἀπέθανον τῶν βαρβάρων καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι ἄνδρες. Ἀθηναίων δέ, ἑκατὸν ἐννενήκοντα καὶ δύο.

bus. Interea & Darius cum bellum reſtauraret, in ipſo adparatu decidit, relictis multis filiis, & in regno & ante regnum ſuſceptis. Ex his Artobazanes maximus natu, ætatis priuilegio, regnum ſibi uendicabat, quod iuris & ordo naſcendi, & natura ipſa gentibus dedit. Porro Xerxes controuerſiam non de ordine, ſed de naſcẽdi fœlicitate referebat. Nanq; Artobazanẽ primũ quidẽ Dario, ſed priuato prouenisſe, ſe regi primum natum. Fratres itaq; ſuos, qui ante geniti eſſent priuato, priuatum patrimoniũ, quod eo tempore Darius habuiſſet, non regnum ſibi uendicare poſſe, ſe eſſe primũ quem in regnum rex pater ſuſtulerit. Huc accedere, quod Artobazanes nõ patre tantum, ſed & matre priuatæ adhuc fortunæ, auo quoq; materno priuato creatus ſit, ſe uero & matre regina natum, & patrem non niſi regem uidiſſe, auum quoq; maternum Cyrum regem habuiſſe, non hæredem, ſed conditorem tanti regni. Itaq;, & ſi æquo iure utrunq; fratrem pater reliquiſſet, materno ſe tamen iure & auito uincere. Hoc certamen concordi animo ad patruum ſuum Artaphernem, ueluti ad domeſticum iudicem, deferunt, qui domi cognita cauſſa Xerxem præpoſuit, adeoq; fraterna contentio fuit, ut nec uictor exultauerit, nec uictus indoluerit, ipſoq; litis tempore, inuicem munera miſerint,

Contentio de imperio inter Artobazanem & Xerxem fratres.

Dedit hoc Xerxi conſilium Demaratus exul, dicẽs, idem quoq; Spartæ ſeruari ſolere, obtinuitq; ita à patre Dario Xerxes, ut rex ſucceſſor declararetur. Fuit enim hæc contentio (Vt Herodotus ſcribit) ante Darij mortem in ipſa aduerſus Græciã expeditione. Neq; enim ueteri Perſarum inſtituto, licebat regi, niſi prius ſucceſſore conſtituto, in bellum proficiſci.

Fraterna & amica de tanto imperio cõtentio.

miſerint, & iucunda quoq; inter ſe, non ſolum credu
la conuiuia habuerint. Iudicium quoq; ipſum ſine
arbitris, ſine conuitio fuerit. Tanto moderatius
tum fratres inter ſe regna maxima diuidebant, quan
to nunc exigua partrimonia partiuntur. Igitur Xer
xes bellum a patre acceptum aduerſus Græciam per
quinquennium inſtruxit. Quod ubi primum didi
cit Demaratus rex Lacedæmoniorum, qui apud
Xerxem exulabat, amicior patriæ poſt fugã, quam
regi poſt beneficia, ne inopinato bello opprimeren
tur, omnia in tabellis ligneis magiſtratibus perſcri
bit, eaſdemq; cæra ſuperinducta delet, ne aut ſcri
ptura ſine tegmine indicium daret, aut recens cæra
dolum proderet. Fido deinde ſeruo perferendas
tradit, iuſſo magiſtratibus Spartanorum tradere.
Quibus perlatis, Lacedæmone quæſtioni res diu
fuit, quod neq; ſcriptum aliquid uiderent, nec fru
ſtra miſſas ſuſpicarentur, tantoq; rem maiorem
quanto ſit occultior putabant. Hærentibus in con
iectura uiris, ſoror regis Leonidæ, conſilium ſcri
bentis inuenit. Eraſa igi
tur cæra, belli conſilia de
teguntur. Iam Xerxes ſe
ptingenta millia de regno
armauerat, & trecenta millia de auxiliis, ut non im
merito proditum ſit, flumina ab exercitu eius ſiccata.
Græciamq; omnẽ uix capere exercitũ eius potuiſſe.

IIII
Xerxes Perſarum rex quartus.
ἐπιφώνημα

Reſtauratio belli aduerſus Græciam per Xerxem.

Demaratus quaſi populi uotis petitus.

Aſtutum Demarati in occultandis literis conſilium.

Mulieri nomen fuit Gorgo, ἣν ἡ κλεομένεος μὲν θυγάτηρ, λεωνίδεω δὲ γυνή.

Copiæ Xerxis.

πεντηκοσίας μυριάδας, καὶ εἴκοσι, καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας ξεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο, καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἦγαγε Ξέρξης ὁ Δαρείου μέχρι Σκιωνάδος καὶ θερμοπυλέων.

Naues quoq; decies centum millia numero habuiſ
ſe dicitur. Huic tanto agmini dux abfuit. Cæterum
ſi regem ſpectes, diuitias non ducem laudes, quarũ
tanta copia in regno eius fuit, ut cum flumina multi
tudine conſumerentur, opes tamen regiæ ſuperef
ſent. Ipſe autem primus in fuga, poſtremus in præ
lio ſemper uiſus eſt. In periculis timidus, ſicubi me
tus abeſſet, inflatus. Denicq; ante experimentũ bel
li, fiducia uirium, ueluti naturę ipſius dominus, &
montes in planum deducebat, & conuexa uallium
æquabat, & quædam maria pontibuş ſternebat,
quædam ad nauigationis commodum per compen
dium ducebat. Cuius introitus in Græciam quam
terribilis, tam turpis ac fœdus diſceſſus fuit. Nanq;
cum Leonides rex Spartanorum cum quattuor mil
libus militum anguſtias Thermopylarum
occupaſſet, Xerxes contemptu paucitatis,
eos pugnam capeſſere iubet, quorum cog
nati Marathonia pugna interfecti fuerant,
qui dum ulciſci ſuos quærunt, principium cladis fu
ere. Succedente deinde inutili turba, maior cædes edi
tur. Triduo ibi, cũ dolore & indignatione Perſarũ
dimicatũ, quarto die, cũ nunciatum eſſet Leonidæ,
a. xx. millibus hoſtium ſummũ cacumen teneri, tunc
hortatur ſocios recedant, & ſe ad meliora patriq; tẽpo
ra reſeruent, ſibi cum Spartanis fortunam experien
dam, plura patriæ quam uitæ debere, cæteros ad
præſidia Græciæ ſeruandos. Audito regis imperio
diſceſſere

timiditas xerxis

Leonides dixiſſe fertur, malle ſe cer uorum agmen duce leone, quam agmen leonum duce ceruo.

LEONIDES. Λεωνίδης ὁ θερμοπύλαι λέγων τοῖς ὅτι ἐστὶ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρά. Vide Herod. lib. 7. Liuium lib. 6. Deca. 4.

Græcorũ cum Xerxe ad Thermopy las pugna.

discessere cæteri, soli Lacedæmonii remanserunt. Initio huius belli, sciscitantibus Delphis oracula, responsum fuerat, aut regi Spartanorum, aut urbi cadendum. Et iccirco cum rex Leonides in bellum proficisceretur, ita suos firmauerat, ut ire se parato ad moriendum animo scirent. Angustias propterea occupauerat, ut cum paucis aut maiore gloria uinceret, aut minore damno Reipub. caderet. Dimissis igitur sociis hortatur Spartanos meminerint, qualitercunq; prælìarentur, cadendum esse, cauerent, ne fortius mansisse, q̃ dimicasse uideantur. Nec expectandum, ut ab hoste circunuenirentur, sed cum nox occasionem daret securis & lætis superueniendum. Nusq̃ uictores honestius q̃ in castris hostium perituros. Nihil erat difficile persuadere persuasis mori, statim arma capiunt, & sexcenti uiri castra quingentorum millium irrumpunt, statimq; regis prætorium petunt, aut cum illo, aut si ipsi oppressi essent, in ipsius potissimum sede morituri. Tumultus totis castris oritur. Spartani postea q̃ regem non inueniunt, per omnia castra uictores uagantur, cædunt, sternuntq; omnia, ut qui sciant se pugnare, non spe uictoriæ, sed in mortis ultione. Prælium a principio noctis, in maiorem partem diei tractum. Ad postremum non uicti, sed uincendo fatigati, inter ingentes stratorum hostium cateruas occiderunt. Xerxes, duobus uulneribus terrestri prælio acceptis, experiri maris fortunam statuit.

Extat apud Herod. Græcũ oraculũ.

Præclara Leonidæ & Spartanorũ uirtus

Exempla militaris fortitudinis.

Naualis pugna instruitur.

Sed Athenienſium dux Themiſtocles, cum animad uertiſſet Ionas, propter quos bellum Perſarum rex ſuſceperat, in auxilium regis claſſe ueniſſe, ſollicita re eos in partes ſuas ſtatuit. Et cum colloquendi co piam non haberet, quo applicituri erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat. Quæ uos Iones de mentia tenet? Quod facinus agitatis? Bellum inferre olim conditoribus ueſtris, nuper etiam uindicibus cogitatis? An ideo mœnia ueſtra condidimus, ut eſ ſent, qui noſtra delerent? Quid ſi non hæc, & Dario prius, & nunc Xerxi belli cauſſa nobiſcum foret, q̃p uos rebellantes non deſtituimus? quin uos in hæc noſtra caſtra ex iſta obſidione tranſitis? Aut ſi hoc pa rum tutum extat, uos comiſſo prælio ite ceſſum, in hibete remos, & a bello diſcedite. Ante naualis prælii congreſſionem, miſerat Xerxes quatuor millia armatorũ Delphos ad templum Apollinis diripien dum, prorſus quaſi non cum Græcis tantum, ſed cum Diis immortalibus bellum gereret, quæ manus tota imbribus, & fulminibus deleta eſt, ut intellige ret, quanto grauior offenſa deorum eſſet, tanto nul las eſſe hominum aduerſus deos uires. Poſt hæc, Theſpias, & Plateas, & Athenas uacuas hominibus incendit, & quoniam ferro non poterat in homines, in ædificia igne graſſatur. Nanq; Athenienſes poſt pugnam Marathoniam, prẽmonente Themiſtocle, uictoriã illam de Perſis non finem, ſed cauſſam maio ris belli fore, cc. naues fabricauerunt. Aduẽtante igi

tur

Prudentis & callidi Imperatoris exemplũ Themiſtocles

Exemplũ impietatis erga Deos. Herod. li. 8.

Impietatis pœna.

Athenæ incẽſæ, quanq̃ difficulter arx ſit expugnata.

tur Xerxe consulentibus Delphis oraculum, respon sum fuerat, salutem muris ligneis tuerentur. The mistocles nauium præsidium demonstratum ratus, persuadet omnibus, patriam municipes esse, non mœnia, ciuitatemq; non in ædificiis, sed in ciuibus positam. Melius itaq; salutem nauibus q̃ urbi com missuros, huius sententiæ etiam Deum authorem esse. Probato consilio coniuges liberosq; cum pre ciosissimis rebus abditis insulis, relicta urbe, deman dant. Ipsi naues armati conscendunt. Exemplum Athenienssium & aliæ urbes imitatæ. Itaq; cum adunata omnis sociorum classis, & intenta in bellum nauale esset, angustiasq; Salaminii freti, ne circun ueniri a multitudine possent, occupassent, dissen sio inter ciuitatum principes oritur, qui cum deser to bello ad sua tuenda dilabi uellent, timens The mistocles, ne, discessu sociorum, uires minueren tur, per seruum fidum Xerxi nunciat, uno in loco eum contractam Græciam posse capere facilime. Quod si ciuitates quæ iam abire uellent, dissipentur, maio re labore ei singulas consectandas. Hoc dolo impellit regem signum pugnæ dare. Græci quoq; aduentu hostium occupati, prælium colla tis uiribus capessunt. Interea Rex uelut specta tor pugnæ cum parte nauium in littore remanet. Ar temisia aũt regina Halicarnassi, quæ in auxiliũ Xerxi uenerat, inter primores duces bellũ acerrime ciebat.

Oraculum Delphicum. Atq; ut hoc cõsultũ. respondit. pos muris ligneis salutẽ tueri posse.

τεῖχος ξύλινον μοῦνον διδοῖ δῖον ἁπάσῃ παιδὶ ἀρήγειν etc. Herod. lib. 7.

ἀνδρῶν πόλις ἥδ' οὐ τέχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί.

Pugna ad Salaminem.

Discordia.

Themistoclis astutia.

Seruo οὔνομα μοὶ ἦν Σίκινος. οἰκέτης ἢ ἡ παιδαγωγὸς ἦν τῶν Θεμιστοκλέος παίδων.

Exemplũ muliebris fortitudinis Artemisiæ, effœminati autem ducis Xerxes.

Cum uideret Xerxes Artemiſiam tã fortiter pugnantem, dixiſſe fertur, ὁι μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες, ἄνδρες.

Quippe ut in uiro muliebrem timorem, ita in muliere uirilem audaciam cerneres. Cum anceps prælium eſſet, Iones, iuxta præceptũ Themiſtoclis, pugnæ ſe paulatim ſubtrahere cœperunt, quorũ defectio animos cæteris fregit. Itaq; circunſpicientes fugam, pelluntur Perſæ, & mox prælio uicti in fugam uertuntur. In qua trepidatione multæ ſummerſæ naues, multæ captæ ſunt. Plures tamen non minus ſæuitiam regis q̃ hoſtem timentes domum dilabuntur. Hac clade perculſum & dubium conſilii Xerxem Mardonius aggreditur. Hortatur ut in regnum abeat, ne quid ſeditionis, moueat fama aduerſi belli, & in maius, ſicuti mos eſt, omnia extollens, ſibi .ccc. millia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat, qua manu, aut cum gloria eius perdomiturum ſe Græciam, aut ſi aliter euentus ferat, ſine eiuſdem infamia hoſtibus ceſſurum. Probato conſilio, Mardonio exercitus traditur, reliquas copias rex ipſe reducere in regnum parat. Sed Græci, audita regis fuga, conſilium ineunt pontis interrumpendi, quem ille Abydo, uelut uictor maris fecerat, ut intercluſo aditu, aut cum exercitu deleretur, aut deſperatione rerum, pacem uictus petere cogeretur. Sed Themiſtocles timens, ne intercluſi hoſtes, deſperationem in uirtutem uerterent, & iter, quod aliter non patere ret, ferro patefacerẽt, ſatis multos hoſtes in Græcia remanere dictitans, nec augeri numerum retinendo oportere

Præclara Græcorum uictoria ad Salaminem.

Mardonius.

Noëma.

Vna ſalus uictis nullã ſpe rare ſalutem.

oportere, cum uincere consilio cæteros non posset, eundem seruum ad Xerxem mittit, certiorem cp consilii facit & occupare transitum matura fuga iubet. Ille perculsus nuncio tradit ducibus milites perducendos, ipse cum paucis Abydon contendit. Vbi cum solutum pontẽ hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna, & ad æstimationem rerum humanæ sortis uarietate miranda, in exiguo latẽtem uidere nauigio, quem paulo ante uix a quor omne capiebat, carentẽ etiam omni seruorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem, terræ graues erant. Nec pedestribus copiis, quas ducibus assignauerat, felicius iter fuit. Siquidem quotidiano labori (necp enim ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde dierum inopia, contraxerat & pestem, tantacp fœditas morientium fuit, ut uiæ cadaueribus implerentur, alitesqp & bestiæ, escæ illecebris sollicitatæ, exercitum sequerentur. Interim Mardonius Olynthum in Græcia expugnat. Athenienses quocp in spem pacis amicitiamcp regis sollicitat, spondens incensæ eorum urbis etiam in maius restitutionem. Posteaq̃ nullo precio libertatẽ uidit his uenalem, incensis quæ reædificare cœperãt, copias in Bœotiam transfert. Eo & Græcorum exercitus, qui centum millium fuit, secutus est. Ibicp prælium commissum, sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nam ui

Turpis fuga Xerxis.

Egregium Epiphonema.

Exemplum humanæ sortis.

Græcum.

Miserа calamitas in exercitu Xerxis.

Olynthum ab Artabazo expugnatam refert Herod.

Legatus Mardonij erat Alexander Amyntæ filius.

Græcorum copiæ ἐξακόσιαι μυριάδες, καρβάζαν δ' ἑξήκοντα μυριάδες.

Victoria Græcorum ad Platæas duce Pausania Lacedæmonio.

ctus Mardonius, ueluti ex naufragio cum paucis profugit, castra referta regalis opulentiæ capta sunt. Vnde primum Græcos, diuiso inter se auro persico, diuitiarum luxuria cœpit. Eodem forte die, quo Mardonii copiæ deletæ sunt, etiam nauali prælio in Asia sub monte Mycale aduersus Persas dimicatum est. Ibi ante congressionem, cum classes ex aduerso starent, fama ad utrunq; exercitum uenit uicisse Græcos, & Mardonii copias occisione occidisse. Tantam famæ uelocitatem fuisse, ut cum matutino tempore prælium in Bœotia commissum sit, meridianis horis in Asiam, per tot maria, & tantum spacii, tam breui horarum momento de uictoria nunciatum sit. Confecto bello cum de præmiis ciuitatum ageretur, omnium iudicio, Athenienſium uirtus cæteris prælata. Inter duces quoq; Themistocles princeps, ciuitatum testimonio iudicatus, gloriam patriæ suæ auxit. Igitur Athenienses aucti & præmiis belli & gloria, urbem ex integro condere moliuntur. Cum mœnia maiora complexi fuissent, suspecti esse Lacedæmoniis cœpere, recte reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos, qui monerent ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli extruant. Themistocles, ut uidit spei urbis inuideri, non existimans abrupte agendum, respondit legatis, ituros Lacedæmona, qui de ea re pariter cum illis consultent. Sic dimissis Spartanis, hortatur suos, ut

De hac pugna Herod. in Calliope.

Ἐπῳδύνημα

Themistoclis laus.

Reficiuntur Athenæ.

Hanc historiã copiose describit Thucydides lib. 1. belli Pelopon.

Themistoclis consilium callidum.

opus

opus maturrent. Deinde ipſe, interiecto tempore, in legationem proficiſcitur, & nunc in itinere infirmitate ſimulata, nunc tarditatem collegarum accuſans, ſine quibus agi iure nihil poſſit, diem de die proferendo, ſpacium conſūmando operi quærebat, cum interim nunciatur Spartanis, opus Athenienſium maturari, propter quod denuo legatos mittunt ad inſpiciendam rem. Tum Themiſtocles per ſeruum magiſtratibus ſcribit Athenienſium, Lacedæmonum legatos uinciant, pignuſq; teneant, ne in ſe grauius conſulatur. Adit deinde in concionem Lacedæmoniorum, indicat permunitas Athenas eſſe, & poſſe illatum non armis tantum, ſed etiam muris bellum ſuſtinere. Si quid ob eam rem de ſe crudelius ſtatuerent, legatos eorum Athenis in hoc pignus retentos. Grauiter deinde caſtigat eos, q̄ non uirtute, ſed imbecillitate ſociorum potentiam quærerent. Sic dimiſſus, ueluti triumphatis Spartanis, a ciuibus excipitur. Poſt hæc Spartani ne uires ocio corrumperent, & ut bis illatum a Perſis Græciæ bellum ulciſcerentur, ultro fines eorum depopulantur. Ducē ſuo ſociorumq; exercitui deligunt Pauſaniam, qui pro ducatu regnū Græciæ affectans, proditionis præmiū, cum Xerxe nuptias filiæ eius paciſcitur, redditis captiuis, ut fides regis aliquo beneficio obſtringeretur. Scribit præterea Xerxi, quoſcūq; ad ſe nuncios miſiſſet, interficeret, ne res loquacitate hoīm ꝓderetur. Sed dux Athenienſium

ξυμπρέσβεις ἔσαν Αθρωνίχος τε ὁ Λυσικλέους, καὶ Αριστείδης ὁ Λυσιμάχου

Bellum Lacedæmoniorum aduerſus Perſas.

Pauſanias perfidi ciuis & ducis exēplū.

Thucy. li. 1.

Hunc Aristiden adpellat Herod. ἀν' ὅρα ἄριστον μὴ Λυκιόπα τον ἐν Αθήνῃσι.

CIMON.

Aristides belli socius electus, collegæ conatibus obuiam eundo, simul & in rem sapienter consulendo, proditionis consilia discussit. Nec multo post accusatus Pausanias damnatur. Igitur Xerxes cum proditionis dolum publicatum uideret, ex integro bellum instituit. Græci quoq; ducem instituunt Cimonem Athenienssem filium Milciadis, quo duce apud Marathonem pugnatum est, iuuenem, cuius magnitudinem futuram, pietatis documenta prodiderunt. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem cõiectum ibiq; defunctum, translatis in se uinculis, ad sepulturam redemit. Nec in bello iudicium diligentium fefellit. Siquidem nõ inferior uirtutibus patris Xerxem terrestri nauali q; bello superatum, trepidum se recipere in regnum coegit.

Insigne pietatis exemplũ. De Milciade Herod. lib. 6.

ἢ ἐς πεζομαχίαν, ἢ ναυμαχίαν ἦν ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφιλίᾳ, ᾗ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Αθηναῖοι, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος. Thucyd. lib. 1.

LIBER III.

XErxes rex Persarum, terror antea gentium, bello in Græcia infœliciter gesto, etiam suis contemptui esse cœpit. Quippe Artabanus præfectus eius, deficiente quotidie regis maiestate, in spem regni adductus, cum septem robustissimis filiis regiã uesperi ingreditur, nam amicitiæ iure semper illi patebat. Trucidatoq; rege, uoto suo obsistentes filios eius, dolo aggreditur. Securior de Artaxerxe puero admodum

Crudelitatis & perfidiæ exemplum.

admodum, fingit regem a Dario, qui erat adolescens, quo maturius regno potiretur, occisum. Impellit Artaxerxem parricidium parricidio uindicare. Cum uentum esset ad domum Darii, dormiens in uentus quasi somnum fingeret interficitur. Deinde cum unũ ex regis filiis, sceleri suo superesse Artabanus uideret, metueretq; de regno certamina principum, adsumit in societatem consilii Baccabassum, qui præsenti statu contentus, rem prodit Artaxerxi, ut pater eius occisus sit, ut frater falsa parricidii suspitione oppressus, ut denicq; ipsi pararentur insidiæ. His cognitis, Artaxerxes uerens Artabani numerum filiorum, in posterum diem paratum esse exercitum armatumq; iubet, recogniturus & numerum militum & in armis industriã singulorum. Itaq; cum inter cæteros, & ipse Artabanus armatus adsisteret, rex simulat se breuiorem loricam habere. Iubet Artabanum secum commutare. Exuentem se ac nudatum gladio traiecit. Tum & filios eius corripi iubet, atq; ita egregius adolescens, & cædẽ patris, & necẽ fratris, et se ab insidiis Artabani uindicauit. Dum hæc in Persis geruntur, interea Græcia omnis, ducibus Lacedæmoniis & Athenensibus, in duas diuisa partes, ab externis bellis, uelut in uiscera sua arma conuertit. Fiunt igitur de uno populo duo corpora, & eorundem castrorum homines, in duos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc Lacedæmonii communia quondam ciuitatũ auxilia ad uires

Xerxes per insidias trucidatus, regnauit annis secũ dũ Eusеb. 20.

V.

Artaxerxes lõgimanus Persarũ rex quintus, annis. 40

Δαρεῖος, ἐρξείης· Ξέρξης, ἀρτάβανος. Ἀρταξέρξης μέτρας ἀρτάβανος.

Crudelitatis & perfidiæ pœna.

DE INTE

stino Græcorum bello.

suas trahebant. Inde Athenienses, & uetustate generis, & gestis rebus illustres, propriis uiribus confidebant. Atq; ita duo potentissimi Græciæ populi, institutis Solonis & Lycurgi legibus pares, ex
LYCVRGVS æmulatione uirium in bellum ruebant. Nanq; Lycurgus cum fratri suo Polibitæ Spartanorum regi successisset, regnumq; sibi uendicare potuisset, Charilao filio eius, qui natus posthumus fuerat, cum ad ætatem adultam ueniisset, regnum summa fide restituit, ut intelligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis iura, q̄ omnes opes ualerent. Medio igitur tempore, dum infans conualescit, tutelamq; eius administrat, non habentibus Spartanis leges instituit, non inuentione earum magisq̄ exemplo clarior. Siquidem nihil lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret. Populum in obsequia principum, principes ad iustitiam imperiorum firmauit. Parsimoniam omnibus suasit, existimans laborem militiæ, assidua frugalitatis consuetudine, faciliorem fore. Emi singula non pecunia sed compensatione mercium iussit. Auri argentiq; usum, uelut omnium scelerum materiam sustulit. Administrationem Reipubl. per ordines diuisit. Regibus potestatem bellorum, magistratibus iudicia & annuas successiones, senatui custodiam legū, populo sublegendi senatum, uel creandi quos uellet magistratus potestatem permisit. Fundos omnium æqualiter inter omnes diuisit, ut æquata patri

Charilaus à χαίρειν, quod infans Lycurgo in conuiuio esset oblatus. Plutar.

Præclara Lycurgi instituta, de quibus elegantissime Xenophon, ἐν τῇ πολιτείᾳ λακεδαιμονίων. & Plutar. in Lycur.

Διὰ κλέπτειν ἄριστον ἐνόμιζε. πολλὰς δὲ πληγὰς ἐπέβαλλε τῷ ἁλισκομένῳ.

monia

monia neminem potentiorem alteri redderent. Con
uiuari omnes publice iussit, ne cuius diuitiæ uel luxu
ria in occulto essent. Iuuenibus non amplius una ue
ste uti toto anno permissum, nec quenquam cultius
quam alterum progredi, nec epulari opulentius ne
imitatio in luxuriam uerteretur. Pueros puberes ,,
non in forum, sed in agrum deduci præcepit, ut pri ,,
mos annos non in luxuria, sed in opere & in labori ,,
bus agerent. Nihil eos somnii causſa substernere, & ,,
uitam sine pulmento degere, neq; prius in urbem ,,
redire, quam uiri facti essent. Statuit uirgines sine ,,
dote nubere. Iussit ut uxores eligerentur, non pecu ,,
nia, seueriusq; matrimonia sua uiri cohercerent, cũ ,,
nullis dotis frenis tenerentur. Maximum honorem ,,
non diuitum & potentum, sed pro gradu ætatis se- ,,
num esse uoluit. Nec sane usquam terrarum locum
honoratiorẽ senectus habet. Hæc quoniam primo,
solutis antea moribus, dura uidebantur esse, authorẽ
eorum Apollinem Delphicum fingit, & inde se ea
ex præcepto numinis detulisse, ut consuescendi tẽdiũ
metus religionis euincat. Deinde, ut æternitatẽ legi
bus suis daret, iureiurando obligat ciuitatem, nihil
eos de eius legibus mutaturos priusq; reuerteretur,
& simulat se ad oraculum Delphicum proficisci, con
sulturum quid addendum mutandumq; legibus ui-
deretur. Proficiscitur autẽ Cretã. Ibiq; perpetuũ exi
liũ egit, abiiciq; in mare ossa sua moriens iussit, ne
relatis Lacedæmona, solutos se Spartani religione

Vocauit inde decreta sua Lycur. ῥήτρας.

Exemplum amoris erga patriam.

iurisiurandi & dissoluendis legibus arbitrarentur.

Primum Lacedæmoniorum cũ Messenijs bellum.

His igitur moribus ita breui ciuitas conualuit, ut cũ Messeniis, propter stupratas uirgines suas, in solenni Messeniorum sacrificio bellum intulissent, grauissima se execratione obstrinxerint, non prius quã Messeniam expugnassent reuersuros, tantum sibi uel de uiribus suis, uel de fortuna spondentes. Quæ res in

Causſa & origo interstini belli.

itium dissensionis Græciæ, & intestini belli causſa & origo fuit. Itaq; cum contra præsumptionem suam, annis .x. in oblidione urbis tenerentur, & querelis

Vrbis nomen erat Ithoma.

uxorum, post tam longam uiduitatem reuocarentur, ueriti ne hac perseuerantia belli, grauius sibi q̃ Messeniis nocerent, quippe illis, quantum iuuentutis bello intercidat, mulierum fœcunditate suppleri, sibi, & belli damna assidua, & fœcunditatem uirorum ab sentibus uiris nullam esse. Itaq; legunt iuuenes ex eo genere militum, qui post iusiurandum in supplementum uenerant. Quibus Spartam remissis, promiscuos omnium fœminarum concubitus permisere, maturiorem futuram conceptionem rati, si eam singulæ per plures uiros experirentur. Ex his nati, ob notam materni pudoris, Parthenii sunt uocati, qui cum ad annos .xxx. peruenissent, metu inopiæ (nulli enim pater existebat, cuius in patrimonium successio speraretur) ducem Phalantum assumunt, filium Arati, qui author Spartanis fuerat, iuuentutis ad generandam sobolem domum remittendæ, ut sicuti dudum patrem eius nascendi habuissent authorem,

Partheniorũ origo.

Phalantus.

sic ip

sic ipsum spei ac dignitatis suæ haberent. Itaq; nec salutatis matribus, quarũ adulterio infamiam collegisse uidebantur, ad sedes requirendas proficiscuntur, diuq; & per uarios casus iactati tandem in Italiam deferũtur, & oppugnata arce Tarentinorũ, expugnatis ueteribus incolis, sedem sibi constituunt. Sed post annos plurimos, dux eorum Phalantus per seditionem in exilium perturbatus, Brundusium se contulit, quo expulsi sedibus suis, ueteres Tarentini concesserant. Is moriens persuadet, ut ossa sua, postremaq; reliquias conterant, & tacite spargi in foro Tarentinorum curent. Hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse Apollinem Delphis ceciniſſe. Illi arbitrantes eum in ultionẽ sui fata ciuium prodidisse, præceptis paruere. Sed oraculi diuersa sententia fuerat. Perpetuitatẽ enim urbis non amissionem hoc facto promiserat. Ita ducis exulis consilio, & hostium ministerio possessio Tarentina Partheniis in æternum fundata. Ob cuius beneficii memoriam Phalanto diuinos honores decreuere. Interea Messenii cum uirtute non possent, per insidias expugnantur. Deinde cum per annos. lxxx. grauia seruitutis uerbera, plerunq; uincula, cæteraq; captæ ciuitatis mala perpessi essent, post longam pœnarum patientiam bellum restaurant. Lacedæmonii quoq; eo conspiratius ad arma concurrunt, quo aduersus seruos dimicaturi uidebantur. Itaq; cum hinc iniuria, inde indignitas animos acueret, Lacedæmo

Vbi consederint Parthenij.

Tarentum.

Brundusiũ.

Phalanti in ingratos ciues pietas.

Secundũ cũ Messenijs bellum.

nii de belli euentu oraculo Delphis consulto, iubent ducem belli ab Athenienſibus petere. Porro Athenienſes cum reſponſum cognouiſſent, in contemptū Spartanorum Tyrtæum Poetam, claudum pede, miſere, qui tribus prælijs fuſus, eo uſq; deſperationis Spartanos adduxit, ut ad ſupplementum exercitus, ſeruos ſuos manumitterent, hiſq; interfectorum matrimonia pollicerentur, ut non numero tantum amiſſorum ciuium, ſed & dignitati ſuccederent. Sed reges Lacedæmoniorum, ne contra fortunam pugnãdo, maiora detrimenta ciuitati infunderent, reducere exercitum uoluerunt, ni interueniſſet Tyrtæus, qui compoſita carmina exercitui pro contione recitauit. In quibus hortamenta uirtutis, damnorum ſolatia, belli conſilia conſcripſerat. Itaq; tantum ardorem militibus iniecit, ut non de ſalute, ſed de ſepultura ſolliciti, teſſeras, inſculptis ſuis & patrum nominibus dextero brachio deligarent. Vt ſi omnes aduerſum prælium conſumpſiſſet, & temporis ſpatio confuſa corporum liniamenta eſſent, ex inditio titulorum tradi ſepulturæ poſſent. Cum ſic animatum reges exercitum uiderent, curant rem hoſtibus nunciare. Meſſeniis autem non timorem res, ſed æmulationem mutuam dedit. Itaq; tantis animis concurſum eſt, ut raro unquam cruentius prælium fuerit. Ad poſtremum tamen uictoria Lacedæmoniorum fuit. Interiecto tempore, tertium quoq; bellum Meſſenii reparauere. In cuius auxilium Lacedæmonii

Tyrtæus Poëta claudus dux Lacedæm.

Tyrtæi ad milites carmina exhortatoria.

Tertium bellũ cũ Meſſenijs.

monii inter reliquos ſocios etiam Athenienſes adhibuere, quorum fidem cum ſuſpectam haberent, ſuperuacuos eos ſimulantes, a bello eodem dimiſerunt. Hanc rem Athenienſes graui ter ferentes, pecuniam, quæ erat in ſtipendium Perſici belli ab uniuerſa Græcia collata, a Delo Athenas transferunt, ne deficientibus a fide ſocietatis Lacedæmoniis prædæ ac rapinæ eſſet. Sed nec Lacedæmonii quieuere, qui cum Meſſeniorum bello occupati eſſent, Peloponnenſes immiſere, qui bellum Athenienſibus facerent. Paruæ tunc temporis, claſſe in Aegyptum miſſa, uires Athenienſibus erant. Itaq; nauali prælio dimicantes, facile ſuperantur. Interiecto deinde tempore, poſt reditum ſociorum aucti, & claſſis & militum robore, prælium reparant. Iam & Lacedæmonii omiſſis Meſſeniis aduerſus Athenienſes arma uerterant. Diu uaria victoria fuit. Ad poſtremum æquo marte utrinq; diſceſſum. Inde reuocati Lacedæmonii ad Meſſeniorum bellum, ne medium tempus ocioſum Athenienſibus relinquerent, cũ Thebanis paciſcuntur, ut Bœotiorũ imperium his reſtituerent, quod temporibus Perſici belli amiſerant, ut illi cũ Athenienſibus bella ſuſciperent. Tantus furor Spartanorum erat, ut duobus bellis impliciti, ſuſcipere tertiũ non recuſarent, dũmodo inimicis ſuis hoſtes acquirerent. Igitur Athenienſes aduerſus tantam tempeſtatẽ belli duos duces deligunt,

BELLVM *Peloponneſiacum, de quo Thucydides.*

Thucyd. lib. 1

Victi ſunt in Halia.

PERICLES, *de quo Thucyd. lib. 2. & Plutar.*

Periclem ſpectatæ uirtutis uirum, & Sophoclẽ ſcriptorem tragœdiarum, qui diuerſo exercitu & Spartanorum agros uaſtauerunt, & multas Achaiæ ciuitates Athenienſium imperio adiecerunt. His malis fracti Lacedæmonii in annos. xxx. pepigerunt pacem. Sed tam longum otium inimicitię non tulerunt. Itaq; inter. xv. annos rupto fœdere, cum contemptu Deorum hominumq;, fines Atticos populantur. Et ne prædam potius q̃; pugnam expetiſſe uiderentur, hoſtes ad prælium uocant. Sed Athenienſes conſilio Periclis ducis populationis iniuriam differunt in tempus ultionis, ſuperuacuam pugnam exiſtimantes, cũ ulciſci hoſtem ſine periculo poſſent. Deinde interiectis diebus naues conſcendunt, & nihil ſentientibus Lacedæmoniis, totam Spartam depræ dantur, multoq; plura auferunt, q̃; amiſerant. Prorſus in comparatione damnorum longe plurimi fuerit ultio q̃; ira. Clara quidem hæc Periclis expeditio habita, ſed multo clarior priuati patrimonii contemptus fuit. Huius agros, in populatione cæterorum intactos hoſtes reliquerant, ſperantes acquirere ſe illi poſſe, aut periculum ex inuidia, aut ex ſuſpitione proditionis infamiam. Quod ante proſpiciens Pericles & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ impetum declinandum agros ipſos dono Reipub. dederat. Atq; ita unde periculum quæſitum fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. Poſt hæc, interiectis diebus, nauali

Perfidiæ exẽplum.

Liuius eodem conſilio Annibalem ferrum ignemq;, & uim omnem hoſtilem à Fabij agris abſtinere iußiſſe, ſcribit.

Extat hæc de re apud Thucyd. oratio.

nauali prælio dimicatum eſt. Victi Lacedæmonii fu gerunt. Nec ceſſatum deinceps eſt, quin aut terra, aut mari uaria prælíorum fortuna inuicem ſe trucida rent. Denicꝫ feſſi tot malis pacem in annos quinqua ginta fecere, quam non niſi ſex annis ſeruauerunt. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex ſociorum perſona rumpebant. Quippe quaſi mi nus periurii contraherent, ſi ferentes ſociis auxilia, potius q̃ ſi aperto prælio dimicaſſent. Hinc bellum in Siciliam translatum, quod prius q̃ꝫ exponam, de Siciliæ ſitu pauca dicenda ſunt.

LIBER IIII.

Siciliæ deſcri= ptio.

SIciliam ferunt anguſtis quondam faucibus Italiæ Sadhæſiſſe, direptamq; uelut a corpore maiore, im petu ſuperioris maris, quod toto undarum onere illuc uehitur. Eſt autem ipſa terra tenuis ac fragilis, & cauernis quibuſdam, fiſtuliſcꝫ ita penetrabilis, ut uentorum tota ferme flatibus pateat, nec non & ig nibus generandis, nutriendiſcꝫ ſoli ipſius naturalis uis. Quippe intrinſecus ſtratum ſulphure, & bitu mine traditur, quæ res facit, ut ſpiritu cum igne in ter interiora luctante, frequenter & compluribus lo cis, nunc flammas, nunc uaporem, nunc fumum eru ctet. Inde denicꝫ Aetnæ montis per tot ſecula durat, incendium. Et ubi acrior per ſpíramenta cauerna

Hæc loca ui quondam, & uaſta cõuulſa ruina, Diſſilu iſſe ferũt &c. Virgi.

AEtna

Interdum ſcopulos auulſaq; uiſcera montis, Erigit eructans.

rum uentus incubuit, harenarum moles egeruntur.

Rhegiũ ἀπὸ τοῦ ῥήγνυσθαι

Proximum Italiæ promontorium Rhegium dicitur, ideo ϕ græce abrupta hoc nomine pronunciantur. Nec mirum si fabulosa est loci huius antiquitas, in quem res tot coiere miræ. Primum ϕ nusq̃ alias tam torrens fretum, nec solum citato impetu, uerum etiam sæuo, neϕ experientibus modo terribile, uerum etiam procul uisentibus. Vndarum porro inter se concurrentium tanta pugna est, ut alias ueluti terga dantes uorticibus mergi, ac in imum desidere, alias quasi uictrices in sublime ferri uideas. Nunc hic fremitum feruentis æstus, nunc illic gemitum in uoragine desidentis exaudias. Accedunt uicini, & perpetui Aetnæ montis ignes & insularum Aeolidum, uelut ipsis undis alatur incendium. Neϕ enim in tam angustis terminis aliter durare tot sæculis tantus ignis potuisset, nisi & humoris nutrimentis aleretur. Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdim peperere, hinc latratus auditos, hinc monstri credita simulacra, dum nauigantes, magnis uorticibus pelagi desidentis, exterriti, latrare putant undas, quas sorbentis æstus uorago collidit. Eadem caussa, etiam Aetnæ montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concursus, raptum secum spiritum in imum fundum trahit, ateϕ ibi suffocatum tamdiu tenet, donec per spiramenta terræ diffusus nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa Italiæ, Siciliæq̃ uicinitas, iam promontoriorum altitudo ipsa, ita similis

Siculum mare

Aeolides insulæ.

Scylla. Charybdis.

Dextrũ Scylla latus, leuũ implacata Charybdis, obtinet.

De Sicilia Thucy. lib. 6.

milis est, ut quantum nunc admirationis, tantum antiquis terroris dederit, credentibus, coeuntibus in se promontoriis, ac rursum discedentibus soli- da intercipi, absumique nauigia. Neque hoc ab anti quis in dulcedinem fabulæ compositum, sed me tu & admiratione transeuntium. Ea est enim pro cul inspicientibus natura loci, ut sinum maris, non transitum putes, quo cum accesseris, discedere, ac seiungi promontoria, quæ antea iuncta fuerant, arbitrere. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit. Præ terea Sicania denominata est. Hæc a principio pa tria Cyclopum fuit, quibus extinctis, Aeolus reg num insulę occupauit, post quem singulę ciuitates in tyrannorum imperium concesserunt, quorum nulla terra feratior fuit. Horum ex numero Ana xilaus iustitia cum cæterorum crudelitate certabat, cuius moderatio haud mediocrẽ fructũ tulit. Quip pe decedens, cum filios paruulos reliquisset, tu- telamque eorum Micytho, spectatæ fidei seruo com misisset, tantus amor memoriæ eius apud omnes fuit, ut parere seruo q̃ deserere regis filios mallent, principesque ciuitatis obliti dignitatis suæ, regni maiestatem, administrari per seruum paterentur. Imperium Siciliæ etiam Carthaginenses tentaue- re, diuque uaria uictoria cum tyrannis dimica- tum, ad postremum amisso Hamilchare impera- tore cum exercitu, aliquantisper quieuere uicti. Medio tempore cum Rhegini discordia laborarent,

Angustiæ sicu li freti.

Trinacria.

Aeolus.

Exemplũ iusti tiæ et modera tionis Anaxi- laus.

Vide infra lib. 19.

Exemplũ crudelitatis & perfidiæ.

ciuitasq; per dissensionem diuisa in duas partes esset, ueterani ab altera parte, ab Imera urbe in auxilium uocati, pulsis ciuitate contra quos implorati fuerant, & exinde, cæsis quibus tulerant auxilium, urbem cũ coniugibus & liberis sociorum occupauere, ausi facinus nulli Tyranno comparandũ. Quippe ut Rheginis melius fuerat uinci q̃ uicisse. Nam siue authoribus captiuitatis iure seruissent, siue amissa patria exulare necesse habuissent, non tamen inter aras & patrios lares trucidati crudelissimis tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis prædam reliquissent. Catanenses quoq; cum Syracusanos graues paterentur, diffisi uiribus suis auxilium ab Atheniensibus petiere, qui seu studio maioris imperii, quod Asiam Græciamq; penitus occũparant, seu metu factæ pridem a Syracusanis classis, ne Lacedæmoniis illæ uires accederent, Lamponium ducem cum classe in Siciliam misere, ut sub specie ferendi Catanensibus auxilii tentarent Siciliæ imperium. Et quoniam prima inicia frequenter cæsis hostibus prospera fuerant, maiore denuo classe & robustiore exercitu Lachete & Chariade ducibus Siciliam petiere. Sed Catanenses, siue metu Athenienſium siue tedio belli, pacem cum Syracusanis, remissis Athenienſium auxiliis, fecerunt. Interiecto deinde tempore, cum fides pacis a Syracusanis non seruaretur, denuo legatos Athenas mittunt, qui sordida ueste, capillo barbaq; prolixis, & omni squaloris habitu

SICILIENSE BELLVM *quo Athenienſium res ſunt uehemẽter accisæ.*

εἴκοσι ναῦς ἔστειλαν ἐς σικελίαν, καὶ λάχητα καὶ χαροιάδην. Thucy. li. 3.

habitu ad misericordiam commouendam acquisito, concionem deformes adeunt. Adduntur precibus lachrymæ, & ita misericordem populum supplices mouent, ut damnarentur duces, qui ab his auxilia deduxerant. Igitur classis ingens decernitur, creantur duces Nicias & Alcibiades & Lamachus, tantisq; uiribus Sicilia repetitur, ut ipsis terrori essent, in quorum auxilia mittebantur. Breui post tempore, reuocato ad reatum Alcibiade, duo prælia pedestria secunda Nicias & Lamachus faciunt. Munitionibus deinde circundatis, hostes etiam marinis commeatibus in urbe clausos intercludunt. Quibus rebus fracti Siracusani auxilium a Lacedæmoniis petierunt. Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. Is audito genere belli, iam inclinato statu, auxiliis, partim in Græciã, partim in Siciliam ~~misere~~ contractis, opportuna bello loca occupat. Duobus inde prælíis uictus, congressus tertio, occiso Lamacho, & hostes in fugam compulit, & socios obsidione liberauit. Sed dum Athenienses a bello terrestri, in nauale se transtulissent, Gylippus classem a Lacedæmone cum auxiliis accersit, quo cognito, & ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurymedonta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesii quoq; communi ciuitatum decreto, ingentia Syracusanis auxilia misere, & quasi Græciæ bellum in Siciliam translatum esset, ita ex utraq; parte summis uiribus

Nicias.
Alcibiades.
Thucy. li. 6.

Gylippus.

Lamachum Thucy. refert ante Gylippi aduentum occisum.

Naues in supplementũ missæ fuerũt tres et septuaginta

Demosthenes

Nauali pugnæ ut Thucy. narrat, non adfuit Demosthenes, sed in terrestri & nocturno prælio ad Epipolas. cuius egregiã descriptionẽ uide lib. 7. Thucy.

dimicabatur. Prima igitur congressione naualis certaminis Athenienses uincuntur. Castra quoq; cum omni publica ac priuata pecunia amittunt. Super hæc mala, cũ etiam terrestri prælio uicti essent, tũc Demosthenes censere cœpit, ut abirent Sicilia, dum res, quãuis afflictæ, nondũ tamen perditæ forẽt, neq; in bello male auspicato amplius perseuerandum esse, domi grauiora & forsitan infeliciora bella esse, in quæ reseruare hos urbis apparatus oporteat. Nicias seu pudore male actæ rei, seu metu destitutæ spei ciuium, seu impellente fato, manere contendit. Reparatur igitur nauale prælium, & a nimia prioris fortunæ procella, ad spem certaminis reuocantur. Sed insciti a ducum, qui inter angustias maris tuentes se Syracusanos aggressi, facile uincuntur. Eurymedon dux in prima acie fortissime dimicans primus cadit. Triginta naues quibus præfuerat, incenduntur. Demosthenes & Nicias, etiam ipsi uicti, exercitum in terram deponunt, tutiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his relictas c. xxx. naues Gylippus inuasit, ipsos deinde insequitur fugientes, partim capit, cædit partim. Demosthenes amisso exercitu, a captiuitate gladio & uoluntaria morte se uindicat. Nicias autem ne Demosthenis quidem exemplo, ut sibi consuleret, admonitus, cladem suorum auxit dedecore captiuitatis.

Eurymedon.

Miserrimam Atheniẽsium cladẽ, plurib. describit elegãtissime Thucydides in fine lib. 7.

Συρακούσιοι Νικίαν καὶ Δημοσθένην, ἄκον τος Γυλίππου, ἀπέσφαξαν.

Finis Libri Quarti.

LIBER V.

DVm Athenienſes in Sicilia bellum per biennium cupidius q̃ fœlicius gerunt, interim conci tator & dux eius Alcibiades abſens, Athenis inſimu latur, myſteria Cæreris, initiorum ſacra, nullo ma gis q̃ ſilentio ſolennia enũciauiſſe. Reuocatuſq; a bel lo ad iudicium, ſiue conſcientiam ſiue indignitatem rei non ferens, tacitus in exilium Elidem profectus eſt. Inde ubi non damnatum ſe tantum, uerum eti am Diis per omnium ſacerdotum religiones deuo tum cognouit, Lacedæmona ſe contulit. Ibiq; re gem Lacedæmoniorum impellit, turbatis Atheni enſibus aduerſo Siciliæ prælio, ultro bellum infer re. Quo facto omnia Græciæ regna, uelut ad ex tinguendum commune incendium concurrunt, tan tum odium Athenienſes immoderati imperii cru delitate contraxerant. Darius quoque rex Perſarum memor paterni auitiq; in hanc urbẽ odii, facta cũ La cedæmoniis per Tiſſaferne pręfectũ Lydiæ ſocieta te, omnẽ ſumptum belli pollicetur. Et erat quidẽ hic ti tulus cũ Græcis coeundi, re aũt uera timebat, ne uictis Atheniẽſibus ad ſe Lacedæmonii arma transferrẽt. Quis igitur miretur tam florẽtes Athenienſium opes ruiſſe, cũ ad opprimendã unam urbẽ totius orientis uires cõcurrerent? Non tamẽ inerti neq; incruẽto ce cidere bello, ſed prælíati ad ultimũ, uictores etiã inter dũ, cõſumpti magis fortunæ uarietate, q̃ ui uicti ſunt.

Plutarchus in uita Alcibiadis, copioſe hãc hiſtoriam narrat.

Exemplũ impietatis in patriam.

Επιφώνημα

Thucydides libro octauo.

Odium Græcorũ in Athenienſes.

Thucydides, ὁ πρὸν ἀεὶ βαρὺ τοῖς ξυγκόοις.

Principio belli omnes etiam ab his socii desciuerant, ut fit, quo se fortuna, eodem etiam fauor hominũ inclinat. Alcibiades quoq; motum aduersus patriã bellum, non gregarii militis opera, sed imperatoriis uirtutibus adiuuabat. Nempe acceptis quinq; nauibus in Asiam contendit, & tributarias Atheniensium ciuitates, auctoritate nominis sui, ad defectionẽ compellit. Sciebant enim domi clarum, nec exilio uidebant factum minorem, nec tam ablatum Athenien sibus ducem q̃ Lacedæmoniis traditum, partaq; cum amissis imperia pensabant. Sed apud Lacedæmonios uirtus Alcibiadis plus inuidiæ q̃ gratiæ contraxit. Itaq; cum principes, uelut æmulum gloriæ suæ, interficiendum insidiis mandassent, cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognouerat, ad Tissafernem præfectum Darii regis profugit. Cui se celeriter officii comitate & obsequendi gratia insinuauit. Erat enim & ætatis flore & formæ ueneratione, nec minus eloquentia etiam inter Athenienses insignis, sed in reconciliandis amicitiarum studiis q̃ in retinendis, uir melior, quia morum uitia, sub umbra eloquentiæ primo latebant. Igitur persuadet Tissaferni, ne tanta stipendia classi Lacedæmoniorum præberet. Vocandos enim in portionẽ muneris Ionios, quorum pro libertate, cum tributa Athenienses penderent, bellum susceptum sit. Sed ne auxiliis nimis enixe Lacedæmonios iuuandos.

Vxori Timææ nomen fuit, quæ ex Alcibiade Leotychidẽ peperit

Δημοσθένης καλὸς μὲν λέγειν ἐδόκει πάντων ὥστε φασὶν εἶναι δρότατος Ἀλκιβιάδης.

ALCIBIADIS de Græcis cõ filiũ. Obser uabis autẽ uariũ & uafriũ ingenium.

dos. Quippe memorem esse debere, alienam se uictoriam non suam instruere, & eatenus bellum sustinendum, ne inopia deseratur. Nam regem Persarum, dissentientibus Græcis, arbitrum pacis ac belli fore, & quos suis non possit, ipsorum armis uicturum. Perfecto autem bello, statim ei cum uictoribus dimicandum. Domesticis itaq; bellis Græciam obterendam, ne exterius uacet, exæquandasq; uires partium, & inferiores auxilio leuandos. Non enim quieturos post hanc uictoriam Spartanos, qui uindices se libertatis Græciæ professi sunt. Grata oratio Tissaferni fuit. Itaq; commeatus maligne præbere, classem regiam non totam mittere, ne aut uictoriam totam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operam ciuibus uendicabat, ad quem cum legati Atheniensium uenissent, pollicetur his amicitiam regis, si Respub. a populo translata ad senatum foret, sperans, ut aut cõcordante ciuitate, dux belli ab omnibus legeretur, aut discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium uocaretur. Sed Atheniensibus imminente periculo belli, maior salutis q; dignitatis cura fuit. Ita permittente populo, imperium ad senatum transfertur, qui cum insita genti superbia, crudeliter in plebem consuleret, singulis tyrannidis sibi potentiam uendicantibus, ab exercitu Alcibiades exul reuocatur, duxq; classi constituitur. Statim igitur Athenas mittit, ex continenti se cum exercitu uenturum, rece

Classis regia, erant φοίνισσαι νῆες ἑπτακοντέσ σαράκοντα ἑπτά.

Thucyd. alt summã rerum nõ Senatui cõcessam, sed quadringentos ui & armis imperium occupasse.

Erat tũ exercitus in Samo.

Hactenus Thucydides, tam Xenophon.

pturumq; a quadringentis iura populi ni ipsi redderent. Hac denunciatione optimates territi, primo urbem prodere Lacedæmoniis tentauere, deinde, cũ id nequissent, in exiliũ profecti sunt. Igitur Alcibiades intestino malo, patria liberata, summa cura classem instruit, atq; ita in bellum aduersus Lacedæmonios pergit. Iam Mindarus & Pharnabasus Lacedæmoniorũ duces instructis nauibus expectabant.

Prælium hoc commissum est in Cyzico, in quo omnes hostiũ, præter Syracusanorũ naues sunt captæ.

Illustris victoria Athenien. ad Cyzicum.

Prælio cõmisso victoria penes Athenienses fuit. In eo bello maior pars exercitus, & omnes ferme hostiũ duces cæsi, naues octoginta captæ. Interiectis quoq; diebus, cũ bellũ Lacedæmonii a mari in terrã transtulissent, iterato uincuntur. His malis fracti, pacẽ petiere, quã ne acciperent, opera eorũ effectũ est, quibus ea res quæstum præstabat. Interea & Syracusanorum auxilia, illatum a Carthaginensibus Siciliæ bellũ, domũ reuocauit. Quibus rebus destitutis Lacedæmoniis, Alcibiades cũ classe victrici, Asiã uastat, multis locis prælia facit, ubiq; victor recipit ciuitates, quæ defecerant, nõnullas capit, & imperio Athenienſiũ adiicit. Atq; ita prisca nauali gloria uendicata, adiecta etiã laude terrestris belli, desyderatus ciuibus suis Athenas reuertitur. His omnibus prælijs ducentę naues hostiũ & prędа ingens capta, ad hunc reduntis exercitus triumphũ, effusa omnis multitudo obuiã procedit, & uniuersos quidẽ milites, præcipue tamẽ Alcibiadem mirantur.

Egregia descriptio reditus Alcibiadis exulis in patriam.

LAVS ALCIBIADIS.

rantur. In hunc oculos ciuitas uniuerſa, in hunc ſuſpenſa ora conuertit. Hunc quaſi de cœlo miſſum, & ut ipſam uictoriã contuentur, laudant, quæ pro patria, nec minus admirantur, quæ exul contra geſſerit, excuſantes ipſi iratũ, prouocatumq; feciſſe. Enimuero tantũ in uno uiro fuiſſe momenti, ut maximi imperii ſubuerſi, & rurſum recepti author eſſet, & unde ſtetiſſet, eo ſe uictoria transferret, fieretq; cum eo mira quædã fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantũ, uerum etiam & diuinis eum honoribus honorant, certant ſecũ ipſi, utrum cõtumelioſius eũ expulerint, an reuocauerint honoratius. Ipſos illi Deos gratulantes tulere obuiã, quorum execrationibus erat deuotus. Et cui paulo ante omnẽ humanã opem interdixerant, eum, ſi queant, in cœlo poſuiſſe cupiunt. Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus. Non Siciliæ illis aduerſa pugna in ore eſt, ſed Græciæ uictoria, non claſſes per illũ amiſſæ, ſed acquiſitæ, nec Syracuſarũ, ſed Ioniæ Helleſponticq; meminerunt. Sic Alcibiades nunquã mediocribus, nec in offenſam, nec fauorẽ ſtudiis ſuorũ exceptus eſt. Dum hæc aguntur, a Lacedæmoniis, Lyſander claſſi belloq; præficitur, & in locum Tiſſafernis Darius rex Perſarum filiũ ſuũ Cyrum Ioniæ, Lydiæq; præpoſuit, qui Lacedæmonios auxiliis opibusq;, ad ſpem fortunæ prioris erexit. Auctiigitur uiribus, Alcibiadẽ cum centum nauibus in Aſiam profectũ,

Sic Liuius de Camillo, quocunq; ſe intuliſſet, uictoriã ſecum haud dubiam trahebat.

LYSANDER
Aſtuti & callidi imperatoris exemplũ, de quo uide Plutar.

Hanc pugnã abſente Alcibiade, ab Antiocho eius præfecto commiſſam eſſe ad portum Epheſiorum refert Xenophon.

dum agros longa pace diuites ſecurus populatur, & prædæ dulcedine ſine inſidiarum metu ſparſos milites haberet, repentino aduentu oppreſſere, tantaq; cædes palantium fuit, ut plus uulneris eo prælio Athenienſes acciperent, q̃ ſuperioribus dederant, & tanta deſperatio apud Athenienſes erat, ut ex continenti Alcibiadem ducem, Conone duce commutarent, arbitrantes uictos ſe, non fortuna belli, ſed fraude imperatoris, apud quem plus prior offenſa ualuiſſet, q̃ recentia beneficia. Viciſſe autem eũ priore bello ideo tantum, ut oſtenderet hoſtibus, quem ducem ſpreuiſſent, & ut carius eis ipſam uictoriam uenderet. Omnia enim credibilia in Alcibiade, uigor ingenii, & uitiorum amor, & morum luxuria faciebat. Veritus itaq; multitudinis impetum denuo in uoluntarium exilium proficiſcitur. Itaq; Conon Alcibiadi ſuffectus, habens ante oculos cui duci ſucceſſiſſet, claſſem maxima induſtria exornat, ſed nauibus exercitus deerat, fortiſſimis quibuſq; in Aſiæ populatione amiſſis. Armantur tamen ſenes, aut impuberes pueri, & numerus militum ſine exercitus robore expletur. Sed non magnam bello moram ætas fecit, imbelles aut cæduntur paſſim, aut fugientes capiuntur. Tantaq; ſtrages, aut occiſorum, aut captiuorum fuit, ut Athenienſium deletum non imperium tantum, uerum etiam nomen uideretur, quo prælio perditis, & deſperatis rebus, ad tantam inopiam rediguntur, ut cõſumpta militari

Vulgus.

Secundũ Alcibiadis exiliũ.

CONON.

Cædes Athenienſium.

Pugnatum eſt ad Mitylenas eſtq; urbs obſeſſa et oppugnata à duce Lace. Callicratida.

ætate

ætate, peregrinis ciuitatem, ſeruis libertatem, dam
natis impunitatem darent. Eaq; collu
uione hominum, domini antea Græ
ciæ, conſcripto exercitu uix libertatem
tuebantur. Iterum tamen fortunam
maris experiendam decernunt. Tanta uirtus animo
rum erat, ut cum paulo ante ſalutem deſperauerint,
nunc non deſperent uictoriam. Sed neq; is miles
erat, qui nomen Athenienſium tueretur, neq; hæ
uires, quibus uincere conſueuerant, neq; ea ſcien
tia militaris in his, quos uincula non caſtra continue
runt. Itaq; omnes, aut capti, aut occiſi, cum dux
Conon eo prælio ſuperfuiſſet ſolus, crudelitatem ci
uium metuens, cum octo nauibus ad regem Cypriũ
contendit Euagoram. At dux Lacedæmoniorum
rebus fœliciter geſtis fortunæ hoſtium inſultat, ca
ptiuas naues cum præda bellica in triumphi modum
ornatas mittit Lacedæmona, ac tributarias Atheni
enſium ciuitates, quas metus dubiæ belli fortunæ
in fide tenuerat, uoluntarias recepit, nec aliud ditio
ni Athenienſium, præter urbẽ ipſam reliquit. Quæ
cuncta cum Athenis nunciata eſſent, omnes relictis
domibus per urbem diſcurrere pauidi, alius alium
ſciſcitari, authorem nuncii requirere, non pueros
imprudentia, non ſenes debilitas, non mulieres ſe-
xus imbecillitas domi tenet, adeo ad omnem ætatẽ
tanti mali ſenſus penetrarat. In foro deinde coeunt,
atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam queſtibus

Αθηναῖοι ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐσβιβάζοντες δὲ ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας καὶ δούλους ἐλευθέρους.

Maxima cladis Athenienſium. Deſcribit autẽ hanc pugnam egregie Xenoph.

Victoria Lyſandri.

Rhetorica deſcriptio trepidationis.

ἐκφώνημα

iterant. Alii fratres, aut filios, aũt parentes deflent, cognatos alii, alii amicos chariores cognatis, & cum priuatis casibus quærelam publicam miscent. Iam se ipsos, iam ipsam patriã perituram, miserioremq; in columiũ q; amissorũ fortunã iudicantes, sibi quisq; ante oculos obsidionem, famem, & superbũ, victo remq; hostẽ proponentes. Iam ruinam urbis & incendia, iam omniũ captiuitatem, & miserrimã serui tutem recordantes, fœliciores prorsus prioris urbis ruinas ducẽtes, quæ incolumibus filiis, parentibusq; tectorũ tantum ruina taxatę sint. Nunc autẽ non clas sem, in quã sicuti pridem confugiant supersse, non exercitum, cuius uirtute seruati pulchriora possent mœnia extruere. Sic defletę, ac prope perditę urbi hostes superueniunt, & obsidione circundatos & obsessos fame urgent. Sciebant enim neq; ex aduectis copiis multũ supersse, & ne nouæ aduehi possent prouiderant. Quibus malis rebus Athenienses fracti, post longam famem & assidua suorum fune ra pacem petiuere. Quæ an dari deberet diu inter Spartanos socios q; deliberatum est. Cum multi de lendum Athenienſium nomen, urbemq; incendio consumendam censerent, negarunt se Spartani duo bus Græciæ oculis alterum erupturos, pacem polli citi, si demissa Pyræum uersus, muri brachia deiece rint, nauesq;, quæ reliquæ forent traderent, resq; publica ex semetipsis. xxx. rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem, Lacedęmonii formandã Lysandro

Obsidentur Athenæ à Lysandro et Agide.

Athenienses se dedunt Lacedæm.

αὐτέλεσθαι κοεἰνθιοι, ἡ θηβαῖοι μὰ λιστα μὲν σπένδεσθαι ἀ θηναίοις, ἀλλ' ἀχαιρεῖν. Xeno. lib. 2.

Lysandro tradiderunt. Insignis hic annus & expugnatione Athenarum & morte Darii regis Persarum, & exilio Dionisii Siciliæ tyranni fuit. Mutato statu Athenarum, etiam ciuium conditio mutatur. Rectores. xxx. Reipubl. constituuntur, qui fiunt tyranni. Quippe a principio tria millia sibi satelli tum statuunt, quantum ex tot cladibus prope nec ciuium superfuerat, & quasi paruus hic ad continendam ciuitatem exercitus esset, septingentos milites a uictoribus accipiunt. Cædes deinde ciuiũ ab Alcibiade auspicantur, ne iterũ Rempubli cam sub obtentu liberationis inuaderet. Quẽ cum profectum ad Artaxerxem Persarum regem comperissent, citato itinere miserunt, qui eum interciperent. A quibus occupatus cum occidi aperte non posset, uiuus in cubiculo in quo dormiebat, crematus est. Liberati hoc ultoris metu tyranni, miseras urbis reliquias cædibus & rapinis exhauriunt. Quod cum displicere uni ex numero suo Therameni didicissent, ipsum quoq; ad terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex urbe passim omnium fuga, repleturq; Græcia Athenienſium exulibus, quod etiam ipsum auxilium unicum miseris eriperetur. Nã Lacedæmoniorũ edicto, ciuitates, exules recipere prohibebãtur. Oẽs se Argos et Thebas contulere. Ibi nõ solũ tutũ exiliũ egerunt, uerũetiã spem recuperãdæ patrię receperũt. Erat inter exules

Triginta uiri à Lacedæmonijs, impositi Athenienſibus.

Crudelitas triginta tyrannorum, qui Athenas cædibus & rapinis deuastant.

Alcibiadis interitus, de quo uide Plutarchum.

Exẽplũ boni & iusti uiri Theramenes. Extant apud Xenoph. elegantiß. Critiæ & Theramenis contrariæ orationes.

Thrasybulus exemplũ pietatis erga patriam.

Thrasybulus uir strenuus & domi nobilis, qui audendum aliquid pro patria & pro salute communi, etiã cum periculo ratus, adunatis exulibus, castellum Philem Atticorum finium occupat. Nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor. Itaq; & Hismenias Thebanorum princeps, & si publicis non poterat, priuatis tamen auxiliis adiuuabat. Et Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos, in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit. Fit itaq; asperum prælium, sed cũm hinc pro patria summis uiribus, inde pro aliena dominatiõe securius pugnaretur, tyranni uincuntur, uicti in urbẽ refugerunt, quam exhaustam cædibus suis, etiã armis spoliant. Deinde cum omnes Athenienses proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent, & in brachiis muri, quæ diruta fuerant habitare, extraneis militibus imperiũ tuentes. Post hæc Thrasybulum corrumpere, imperii societatem pollicentes, conantur, quod cum non cõtigisset auxilia a Lacedæmoniis petiuere. Quibus accitis iterato prælia[n]tur.

Præliũ aduersus tyrannos.

LYSIAS.

Victoria Thrasybuli et Atheniensium exulum de tyrannis.

ἐπιθανον δ' ἐνταῦθα τῶν μὲν τριάκοντα, καὶ τίας τε, ὁ ἱππομαχος. τῶν δ' ἐν πειραιεῖ δὲ καὶ ἀρχόντων, χαρμίδης ὁ γλαύκωνος. τῶν δ' ἄλλων, ὡσεὶ ἑβδομήκοντα,

In eo bello Critias & Hippomachus omnium tyrannorum sæuissimi cadunt. Cæteris uictis, cum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensiũ erat fugeret, magna uoce Thrasybulus exclamat, cur se uictorem fugiant, potius q; ut uindicẽ communis libertatis

libertatis adiuuent? Ciuium illam meminerint aciem non hostium esse, nec se ideo arma cœpisse, ut aliqua uictis adimat, sed ut adempta restituat, xxx. se dominis non ciuitati bellum inferre. Admonet deinde cognationis, legum, sacrorum communium, tum uetusti per tot bella commilitii, orat ut misereantur exulum ciuium, si tam patienter ipsi seruiant, reddant sibi patriam, accipiant libertatem. His uocibus tantum permotum est, ut reuersus in urbem exercitus .xxx. tyrannos emigrare Eleusina iuberet, substitutis .x. qui Remp. regerent, qui nihil exemplo prioris dominationis territi eandem uiam crudelitatis aggressi sunt. Dum hæc aguntur nuncia tur Lacedæmone, in bellum Athenienses exarsisse. Ad quod comprimendum Pausanias rex mittitur, qui misericordia exulis populi permotus, patriam miseris ciuibus restituit, & .x. tyrannos ex urbe Eleusina migrare ad cæteros iubet. Quibus rebus cum pax statuta esset, interiectis diebus, repente tyranni non minus restitutos exules, q̃ se in exilium actos indignantur, quasi uero aliorum libertas sua seruitus esset, & bellum Athenienſibus inferunt. Sed ad colloquium, ueluti dominationem recepturi, progressi, per insidias comprehensi, ut pacis uictimæ trucidantur. Populus quem emigrare iusserant, in urbem reuocatur. Atq; ita per multa mẽbra ciuitas dissipata, in unum tantum corpus redigitur, & ne qua dissensio ex ante actis nasceretur, omnes

Extat apud Xenophontẽ hæc oratio

ταῦτα δὲ κλεόκειζος ὁ τῶν μυσῶν κήρυξ, μάλ' ἐμφανῶς ὧν, ἔλεξεν.

Tyranni ex urbe pulsi.

Pausanias restituit ciuitatẽ Athenienſibus

Tyranni trucidantur.

Constituitur Athenis ἀμνηστία ἢ μὴ μνησικακέιν καὶ ἢ μὴν Ἀθήνησι σάντος, οὕτως ἐτελεύτησεν.

iureiurando obstringuntur, discordiarum obliuio nem fore. Interea Thebani, Corinthiiq; legatos ad Lacedæmonios mittunt, qui ex manubiis portionẽ prædæ communis belli, periculiq; peterent. Quibus negatis, non quidem aperte bellum aduersus Lacedæmonios decernunt, sed tacitis animis tantam iram concipiunt, ut subesse bellum intelligi posset. Eodem fere tempore Darius rex Persarum moritur, Artaxerxe & Cyro filiis relictis. Regnũ Artaxerxi, Cyro ciuitates, quarum præfectus erat testamẽto, legauit. Sed Cyro iudicium patris iniuria uidebatur. Itaq; occulte aduersus fratrẽ bellum parabat. Quod cum nunciatum Artaxerxi esset accersitum ad se fratrem, & innocentiã, dissimulatione belli, simulantẽ, cõpedibus aureis uinxit, interfecisset q;, ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus iam non occulte bellum, sed palam, nec per dissimulationem, sed aperta professione parare cœpit, auxilia undiq; contrahit. Lacedæmonii memores Athenienſi bello enixe se eius opera adiutos, uelut ignorantes contra quem bellũ pararetur, decernunt auxilia Cyro mittenda, ubi res eius exegisset, quærentes apud Cyrum gratiam & apud Artaxerxem si uicisset ueniæ patrocinia, cũ nihil aduersus eum aperte decreuissent. Sed cum in bello fors prælii utrunq; fratrẽ pugnę obtulisset, prior Artaxerxes a fratre uulneratur, quẽ cũ equi fuga periculo subtraxisset, Cyrus a cohorte regia oppressus interficitur. Sic uictor Artaxerxes & præda fraterni

Darij mors.

Impium bellũ duorum fratrum Cyri & Artaxerxis.

Cyrus occiditur.

fraterni belli, & exercitu potitur. In eo prælio decem millia Græcorum in auxilio Cyri fuere, quæ & in cornu, in quo ſteterant, uicerunt, & poſt mortem Cyri, neq; armis tanto exercitu uínci, neq; dolo capi potuerunt. Reuertentes inter tot indomitas nationes, & barbaras gentes per tanta itineris ſpacia, uirtute ſe uſq; terminos patriæ defenderunt.

Græcorũ uirtus.

LIBER SEXTVS.

LAcedæmonii more ingenii humani, quo plura habent, eo ampliora cupientes, non contenti acceſſione Athenienſium opum, uires ſibi duplicatas, totius Aſiæ imperium affectare cœperunt. Sed maior pars ſub regno Perſarũ erat. Itaq; Dercyllides dux in hanc militiã electus, cũ uideret ſibi aduerſus duos prefectos Artaxerxis regis Pharnabazum, & Tiſſafernem maximarũ gentiũ uiribus ſuccinctos dimicandũ, pacificari cũ altero ſtatuit. Aptior uiſus Tiſſafernes uir & induſtria potior et militibus Cyri quondã regis inſtructior, in colloquiũ uocatur, & ſtatutis cõditionibus ab armis dimittitur. Hanc rẽ Pharnabazus apud cõmunem regem criminatur, ut Lacedæmonios Aſiam ingreſſos nõ repulerit armis, ſed impenſis regiis aluerit, mercetur q; ab his, ut differant bella, quæ gerant, tanq; nõ ad unius ſummã, imperii detrimentũ omne perueniat. Indignum ait bellum non perfici ſed redimi, hoſtem precio non armis ſummoueri.

Γνώμη Herodotus.

Εὐπραξίης οὐκ ἔστι αὖθις θρώσκοισι οὐδὲ μία τῶλυ θώρη.

Dercyllides.

Pharnabazus

Γνοὺς ὁ Φαρνάβαζος ταῦτα λεὺς Τισσαφέρνους ἄπιστον εἶναι τὸν καὶ κῶς φέρεσθαι τὰ ἀν τ, Τισσαφέρνους κατα πέμπτας, ἀποτέμνει αὐτοῦ τὴν κεφαλήν.

His uocibus regem Tyſſaferni alienatũm hortatur, ut in locum eius naualis belli ducem eligat Cononem Athenienſem, qui amiſſa bello patria Cypro exulabat. Quippe Athenienſibus & ſi fractæ ſint opes, manere tamen naualem uſum, nec ſi eligendus ſit ex uniuerſis meliorem alium eſſe. Acceptis igitur quingentis talentis, iuſſus eſt Conona claſſi præficere. His cognitis Lacedæmonii & ipſi a rege Aegypti Hercymonem in auxilium naualis belli per legatos petunt, a quo centum triremes & ſex centum millia modiorum frumenti miſſa, a cæteris quoq; ſociis ingentia auxilia contracta ſunt. Sed tanto exercitui, & contra tantum ducem deerat dignus imperator. Itaq; poſtulantibus ſociis Ageſilaum ducem, regem tunc Lacedæmoniorum, propter reſponſum oraculi Delphici, diu Lacedæmonii, an eum ſummæ rei præponerent diſtulerunt, quibus futurus imperii finis denunciabatur, cum regium claudicaſſet imperium, erat enim pede claudus. Ad poſtremũ ſtatuerunt melius eſſe inceſſu regem, q̃ imperio regnũ claudicare. Poſteaq̃ Ageſilaum cũ ingentibus copiis in Aſiam miſere, non facile dixerim, quod aliud par ducum tam bene comparatũ fuerit. Quippe ætas, uirtus, cõſiliũ, ſapiẽtia utriq; prope una, gloria quoq; rerum geſtarũ eadem. Quibus cũ paria oĩa fortuna dederit, inuictũ tamen ab altero utrũq; ſeruauit. Magnus igitur amborum apparatus belli, magnæ res geſtæ fuerunt. Sed Cononem ſeditio militum inuadit, quos

CONON *dux Perſarũ contra Lacedæmonios.*

AGEſilaus.

Oraculum de Ageſilao, de quo Xenophon lib. 3.

Ageſilai & Cononis laus.

De apparatu bellico Ageſilai Xenophon.

quos præfecti regis fraudare ſtipendio ſoliti erant, eo conſtantius, debita poſcentibus, quo grauiorem ſub magno duce militiam præſumebant. Itaq; Conon diu rege per epiſtolas fruſtra fatigato, ad poſtremum ipſe ad eum pergit, cuius aſpectu & colloquio prohibitus eſt, quod eum more Perſarum adorare nollet. Agit tamen cum eo per internuncios, & queritur, opulentiſſimi regis bella inopia delabi, & qui exercitum parem hoſtibus habeat, pecunia uinci, qua præſtet, inferioremq; eum ea parte uirium inueniri, qua longe ſuperior ſit. Poſtulat ſibi dari miniſterium impenſæ, quia pluribus id mandari pernitioſum ſit. Dato ſtipendio ad claſſem remittitur, nec moram agendis rebus facit. Multa fortiter multa fœliciter agit. Agros hoſtiles uaſtat, urbem expugnat, & quaſi tempeſtas quædam, cuncta proſternit. Quibus rebus territi Lacedæmonii, ad patriæ ſubſidium reuocandum ab Aſia Ageſilaum decernunt. Interim Lyſander, ab Ageſilao proficiſcente, dux patriæ relictus, ingentem claſſem ſummis uiribus inſtruit, fortunam belli tentaturus. Nam & ipſe Conon tunc primum cum hoſtium exercitu concurſurus magna cura ſuos ordinat. Summa igitur non ducum tantum in eo prælio q̃ militum æmulatio fuit. Nam ipſe dux Conon, non tam Perſis q̃ patriæ ſtudebat, & ſicuti afflictis Athenienſium rebus author amiſſæ dominationis fuerat, ſic uolebat idem haberi reddita, patriamq; uincendo reci

Mos Perſarũ adorãdi reges

Ducum commendatio.

Conon Exemplũ amoris & pietatis erga patriã.

pere, quã uictus amiſerat, eo ſpecioſius ꝙ ne ipſorũ quidem Athenienſium, ſed alieni prælii uiribus dimicet, & pugnaturus periculo regis, uicturus præmio patriæ, gloriamq; diuerſis artibus, q̃ priores ciuitatis ſuæ duces conſecuturus. Quippe illos uincendo Perſas patriam defendiſſe, Perſas uictores faciendo reſtituturum patriam eſſe. Porro Lyſander præter coniunctionem Ageſilai, etiam uirtutum æmulator erat, contendebatq; ne a rebus geſtis eius & gloriæ ſplendore decederet, neue tot bellis ac ſæculis quæſitum imperium, breuiſſimi momenti culpa ſubuerteret. Eadem militum & omnium regum cura erat, quos maior ſollicitudo cruciabat, non tam ne ipſi quæſitas opes amitterent, q̃ ut Athenienſes priſtinas reciperent. Sed quanto maius prælium fuit, tanto & clarior uictoria Cononis. Victi Lacedæmonii fugam capeſſunt, præſidia hoſtium Athenis deducuntur. Populo reſtituta dignitate, conditio ſeruilis eripitur. Multæ quoq; ciuitates recipiuntur. Hoc initium Athenienſibus reſumendæ potentiæ & Lacedæmoniis habendæ finis fuit. Nanq; uelut cum imperio, etiam uirtutem perdidiſſent, contemni a finitimis cœpere. Primi igitur Thebani auxiliantibus Athenienſibus bellum his intulere, quæ ciuitas, ex infinitis incrementis, uirtute Epaminondæ ducis ad ſpem imperii Græciæ erecta eſt. Fit itaq; terreſtre prælium, eadem Lacedæmoniorum fortuna, qua pugnatum aduerſus Conona, nauali prælio fuerat.

Lyſander.

Vincuntur Lacedæmonij, et reſtituitur priſtina dignitas Athenienſib.

Conſpiratio Græcorum aduerſus Laced.

EPAMINONDAS

rat. In eo bello Lyſander, quo duce Atheni enſes uicti a Lacedęmoniis fuerãt, interficitur. Pauſanias quoq; alter dux Lacedęmoniorum proditionis accuſatus, in exilium abiit. Igitur The bani potiti uictoria, uniuerſum exercitum ad urbem Lacedæmoniorum ducunt, facilem expugnationem rati, quoniam deſerti a ſociis omnibus erant. Quod metuẽtes Lacedæmonii regem ſuum Ageſilaum ex Aſia, qui ibi magnas res gerebat, ad defenſionẽ patrię accerſunt. Occiſo enim Lyſandro nullius alterius fiduciã ducis habebant. Cuius quoniã ſerus aduentus erat, cõſcripto exercitu obuiam hoſti procedũt. Sed uictis, aduerſus paulo ante uictores nec animus, neq; uires pares fuere. Prima igitur cõgreſſione fundũtur. Deletis iã ſuorũ copiis ſuperuenit rex Ageſilaus, qui reſtituto prælio, non difficulter recenti, & multis expeditionibus indurato milite, hoſtibus uictoriã eripuit, ipſe tamẽ grauiter ſauciatur. Quibus rebus cognitis Athenienſes, uerẽtes, ne iterũ Lacedæmoniis uictoribus in priſtinam ſortem ſeruitutis redigerẽtur, exercitũ contrahũt, eumq; in auxiliũ Bœotiorum per Iphicratẽ, uiginti quidẽ annos natum, ſed magnæ indolis iuuenẽ duci iubent. Huius aduleſcentis ſupra ætatẽ uirtus admirabilis fuit, nec unquam ante eum Athenienſes inter tot, tãtoſq; duces, aut ſpei maioris, aut indolis maturioris imperatorẽ habuerũt, in quo nõ imperatoriæ tantũ, uerũ etiã oratoriæ artes fuere.

Lyſandri interitus, Eſt autem dimicatum ad Haliartum in Bœotia.

Παυσανίας ἐφυγενέις τε χέαν, ἢ ἔτε λεύτησε μεμὴ θι ἐκεῖ νόσῳ.

Reuocatur Ageſilaus.

Pugnatum eſt ad Coronęã. Ageſilaus ſauciatur.

IPHICRATES.

Egregij imperatoris exemplum huius milites ob militaris rei peritiam dicebantur Iphicratenſes quẽadmodum Romani Fabiani.

Cononis reditus in patriã.

Conon quoq; audito reditu Ageſilai,& ipſe ex Aſia ad populandos Lacedæmoniorũ agros reuertitur. Atq; ita undiq; belli formidine circunſtrepente,clauſi Spartani, ad ſummam deſperationem rediguntur. Sed Conon uaſtatis hoſtium terris,Athenas pergit. Vbi magno ciuium gaudio exceptus, plus tamen triſtitiæ ipſe, & exincenſa & diruta a Lacedæmoniis patria, cũq; letitiæ ex recuperata poſt tantũ tẽporis cœpit. Itaq; quæ incenſa fuerãt prędarũ ſumptu & exercituũ Perſarũ reſtituit,quæ diruta fuerãt reficit.Fatũ illud Athenarum fuit , ut ante a Perſis crematæ manubiis eorũ,& nunc a Lacedæmoniis dirutæ, ex ſpoliis Lacedæmoniorũ reſtituerẽtur , uerſa quoq; uice nunc haberẽt ſocios , quos tũc hoſtes habuerunt,& hoſtes nunc paterentur , cum quibus iunctiſſimis ſocietatis uinculis fuerant. Dum hæc agun tur,Artaxerxes rex Perſarum legatos in Græciã mit tit, per quos iubet omnes ab armis diſcedere , qui aliter feciſſet , eum ſe pro hoſte habiturum . Ciuitatibus libertatem ſuaq; omnia reſtituit , quod non Græciæ laboribus aſſiduiſq; bellorum inter ciues odiis cõſulens fecit , ſed ne occupato ſibi Aegyptio bello, quod propter auxilia aduerſus præfectos ſuos Lacedæmoniis miſſa ſuſceperat , exercitus ſui in Græcia detinerentur. Feſſi igitur tot bellis Græci cupide paruere. Hic annus non eo tantum inſignis fuit , quod repente pax in tota Græcia facta eſt , ſed etiam eo quod eodem tempore urbs Romana a Gallis capta eſt.

Reficit patriã Conon.

ἀποφώνημα

Legatus in Græciã pro cõſtituẽda pace miſſus, fuit Tiribazus. Artaxerxis uero epiſtolam uide in Xenophon. lib. 5.

Pax toti Græciæ conſtituta

est. Sed Lacedæmonii securi insidiantes, absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnant, occupatoq; præsidium imponunt. Itaq; armato, instructoq; exercitu Arcades adhibitis in auxiliū Thebanis, amisso bello repetunt. In eo prelio Archidamus dux Lacedęmoniorum uulneratur, qui cum ęq di suos iam ut uictos uideret, per preconem corpora interfectorum ad sepulturam poscit. Hoc est enim signum apud Grecos uictoriæ traditæ, qua confessione contenti Thebani, signū parcendi dedere, post paucis diebus neutris quicq; hostile facientibus, cum quasi consensu tacito inducię essent, Lacedæmoniis alia bella aduersus finitimos gerētibus, Thebani Epaminonda duce, occupandæ urbis eorū spem cœperunt. Igitur principio noctis taciti Lacedęmona proficiscuntur, non tamen aggredi incautos potuerunt. Quippe senes, & cætera imbellis ætas, cū aduentū hostium persensissent, in ipsis portarū angustiis armati occurrunt, & aduersus quindecim millia militū non amplius centū, iam effœtæ ætatis uiri, pugnæ se offerunt. Tantū animorum, uiriumq; patrię, & penatum conspectus sumministrat, tantoq; presentia, q; recordatione sui maiores spiritus largiuntur. Nā ut uiderunt intra quæ & pro quibus starent, aut uincendū sibi, aut moriendū censuerūt. Pauci igitur sustinuere senes aciem, cui par ante diē uniuersa iuuentus esse non potuit. In eo prælio duo duces hostium cecidere. Cum interim Agesilai aduentus nunciatur,

Quo tempore Roma sit à Gallis capta. Castello nomen erat χρῶμυος. Ἀρχίδαμος ἐτέτρωτο τὸν μηρὸν ὄζῳ πάξ. Fuit aūt hic Agesilai filius. Xenophon lib. 7.

Ante hāc pugnā dimicatū est in Leuctris, ubi uicti sunt à Thebanis Lacedæmonij temeritate ducis Cleombroti. Spartanorum senū uirtus.

ἐπιφώνημα

Pugna ad Mantinæam.

Thebani receſſere, nec bellũ diu dilatum. Siquidẽ Spartanorũ iuuentus, ſenum uirtute, & gloria incenſa, teneri non potuit, quin ex continenti, acie decerneret, cũ uictoria Thebanorũ eſſet, & Epaminondas, dum non ducis tantũ, uerũ etiam fortiſſimi militis officio fungitur, grauiter uulneratur. Quo audito, his ex dolore metus, & illis ex gaudio ſtupor inicitur, atq; ita ueluti ex placito conſenſu a prælio diſceditur. Poſt paucos deinde dies Epaminondas decedit, cũ quo uires quoq; Reipub. ceciderunt. Nam ſicuti telo, ſi primã aciem præfregeris, reliquo ferro'uim nocendi ſuſtuleris, ſic illo, uelut mucrone teli, ablato duce Thebanorũ Reip. uires hebetatę ſunt, ut nõ tam illũ amiſiſſe, q̃ cũ illo interiiſſe omnes uiderentur. Nam neq; hunc ante ducẽ ullũ memorabile bellũ geſſere, nec poſtea uirtutibus, ſed cladibus inſignes fuere, ut manifeſtũ ſit patriæ gloriã, & natã, & extinctã cũ eo fuiſſe. Fuit autẽ incertũ, uir melior an dux eſſet, nam & imperiũ non ſibi ſemper, ſed patriæ quæſiuit, & pecuniæ adeo parcus fuit, ut ſumptus funeri defuerint. Gloriæ quoq; non cupidior, q̃ pecuniæ. Quippe recuſanti omnia, imperia ingeſta ſunt. Honoresq; ita geſſit, ut ornamentũ non accipere, ſed dare ipſi dignitati uideretur. Iam literarũ ſtudiũ, iam philoſophiæ doctrina tanta, ut mirabile uideretur, unde tam inſignis militiæ ſcientia homini inter literas nato, neq; ab hoc uitę propoſito mortis ratio diſſenſit. Nam ut relatus in caſtra ſemianimis

ὁ θεὸς οὕτως ἐπίκοτεν, ὥστε ἀμφότερoι μὲν ὡς νεvικηκότες, ζόωσι δὲ σκυθρωπὸν.

Epaminondæ mors.

Exẽplũ egregij imperatoris Epaminondæ.

Epaminondæ cõmendatio.

uocem

uocem, ſpiritũq; collegit, id unũ a circunſtantibus requiſiuit, nũ cadenti ſibi ſcutũ ademiſſet hoſtis, quod ut ſeruatũ audiuit, allatũ uelut laborũ gloriæq; ſociũ oſculatus eſt. Iterũ quæſiuit utri uiciſſent. Vt audiuit Thebanos, bene habere ſe rem dixit, atq; ita, uelut gratulabũdus patriæ, expirauit. Huius morte etiã Athenienſiũ uirtus intercidit. Siquidem amiſſo cui æmulari conſueuerant, in ſegnitiẽ, torporemq; reſoluti, non ut olim in claſſem, exercitusq;, ſed in dies feſtos, adparatusq; ludorũ redditus publicos effundunt, & cũ actoribus nobiliſſimis, poetiſq; theatra celebrant, frequentius ſcenam, q; caſtra uiſentes. Verſificatores oratoresq; meliores, q; duces laudantes. Tunc uectigal publicũ, quo ante milites, & remiges alebantur, cum urbano populo diuidi cœptũ eſt. Quibus rebus effectũ eſt, ut inter otia Græcorum ſordidum & obſcurum antea Macedonum nomen emergeret. Et Philippus obſes triennio Thebis habitus, Epaminondæ & Pelopidæ uirtutibus eruditus, regnum Macedoniæ, Græciæ & Aſiæ ceruicibus, ueluti iugum ſeruitutis imponeret.

Simile ẽ quod Liuius de Philopœmone refert.

Ferunt hunc dicere ſoliũ, ἐν πολέμῳ θάνατον εἶναι κάλλιστον.

Athenienſiũ uirtus morte Epaminondæ eneruata.

Ludi Athenis inſtituti.

Philippus obſes Thebis.

IVSTINI HISTORICI LIBER VII.

MAcedonia antea, noĩe Emathionis regis, cuius prima uirtutis experimẽta in illis locis extant, Emathia cognoĩata eſt, Huius ſicuti icremẽta modica, ita

Macedonia antea Emathia.

De regibus Macedonum Herod. li. 8.

termini peranguſti fuere, Populus Pelaſgi, & regio Bœotia dicebatur. Sed poſtea uirtute regum, & gentis induſtria, ſubactis primo finitimis, mox populis, nationibuſq; imperiũ uſq; ad extremos oriẽtis terminos prolatum eſt. In regione Pœoniæ, quæ nunc portio eſt Macedoniæ, regnaſſe fertur Telegonus pater Aſtriopei, cuius Troiano bello inter clariſſimos uindices urbis nomen accepimus. Ex alio latere in Europa, Europus nomine regnum tenuit. Sed & Caranus cum magna multitudine Grẽcorum ſedes in Macedonia reſponſo oraculi iuſſus quærere, cum in Emathiam ueniſſet, urbem Edyſſam, non ſentientibus oppidanis propter imbrium, & nebulæ magnitudinem, gregem caprarum imbrem fugientium ſecutus, occupauit, reuocatuſq; in memoriam oraculi, quo iuſſus erat, ducibus capris, imperium quærere, regni ſedem ſtatuit, religioſeq; poſtea obſeruauit, quocunq; agmen moueret, ante ſigna eaſdem capras habere, cœptorum duces habiturus, quos regni habuerat authores. Vrbem Edyſſam, ob memoriam muneris Aegæam, populum Aegæades uocauit. Pulſo deinde Mida, nam is quoq; portionem Macedoniæ tenuit aliiſq; regibus pulſis in locum omnium ſolus ſucceſſit, primuſq; adunatis gentibus, uariorum populorum ueluti unum corpus Macedoniæ fecit, creſcentiq; regno ualida incrementorum fundamenta conſtituit. Poſt hunc Perdicas regnauit, cuius uita illuſtris, & mortis poſtrema, ueluti

Telegonus. Aſtriopæus.

Europus. Caranus.

Edyſſa Vrbs.

Obſeruaridiculũ Strategema Carani.

Edyſſa Aegæa, ἀπὸ τῶν αἰγῶν dicta.

Perdicas.

ex ora

ex oraculo præcepta memorabilia fuere. Siquidem senex moriens Argæo filio monstrauit locum, quo condi uellet, ibiq; non sua tantum, sed etiam succedentium sibi in regnum ossa poni iussit, Præfatus quoad ibi conditæ posteriorum reliquiæ forent, regnum in familia mansurum, creduntq; hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, quia locum sepulturæ mutauerit. Argæus moderate, & cum amore populi administrato regno, successorem filium Philippum reliquit, qui immatura morte raptus, Europum paruulum admodum instituit hęredem. Sed Macedonibus assidua certamina cũ Thracibus, & Illyriis fuere, quorum armis ueluti quotidiano exercitio indurati, gloria bellicæ laudis finitimos terrebant. Igitur Illyrii infantiam regis pupilli contemnentes, bello Macedonas aggrediuntur qui prælio pulsi rege suo in cunis prolato, & pugnę ante aciẽ posito, acrius certamẽ repetiuerũt. Tanq; ideo uicti fuissent antea, q̃ bellantibus sibi regis sui auspicia defuissent, futuri uel propterea uictores, quod ex superstitione animum uincendi cœperant, simul & miseratio eos infantis tenebat, quem si uicti forent, captiuum de rege facturi uidebantur. Conserto itaq; prælio magna cæde Illyrios fudere, ostenderuntq; hostibus suis priore bello, regem Macedonibus, non uirtutem defuisse. Huic Amyntas succedit et propria uirtute & Alexandri filii egregia indole insigniter clarus, cui Alexandro tãta omnium uir

Perdicæ oraculum.

Argæus.

Philippus.

Europus.

Vnde Macedonib. bellica uirtus.

Macedones præsentia regis infantis ī cunis ante aciem constituti ad acrius prælium accenduntur.

Amyntas.

Alexandri laus.

tutum naturæ ornamenta extitere, ut etiã Olympio certamine uario ludicrorũ genere contenderit. Cum interim Darius rex Perſarũ turpi a Scythia fuga ſum motus, ne ubiq; deformis, militiæ damnis habere tur, mittit cum parte copiarum Megabazum ad ſubi gendam Thraciam, cęteraq; eius tractus regna, qui bus pro ignobili momento erat acceſſura Macedo nia, qui breui tẽpore executo regis imperio, legatis ad Amyntã regem Macedoniæ miſſis, obſides in pi gnus futuræ pacis, ſibi dari poſtulabat. Sed legati benigne excepti inter epulas ebrietate creſcente, ro gant Amyntam, ut adparatui epularum adiiciat ius familiaritatis, adhibitis in conuiuium ſuum filiis, & uxoribus & filiabus, id apud Perſas haberi pignus, ac fœdus hoſpitii. Qui ut uenerunt, petulantius Perſis eas contrectantibus, filius Amyntæ Alexan der rogat patrem reſpectu ætatis, ac grauitatis ſuæ abiret conuiuio, pollicitus ſe hoſpitum tentaturum iocos. Quo digreſſo, mulieres quoq; paulo e con uiuio euocat, cultius exornaturus, gratioresq; re ducturus. In quarum locum matronali exornatos habitu, iuuenes ſupponit, eoſq; petulantiam legato rum ferro, quod ſub ueſte gerebant, compeſcere iubet. Atq; ita interfectis omnibus ignarus rei Me gabazus, cum legati non redirent, mittit eo cum exercitus parte Bubarem, ut in bellum facile, & mediocre, dedignatus ipſe ire, ne dehoneſtaretur prælio tam fœdæ gentis. Sed Bubares ante bellum amore

De Darij fuga ex Scythia Herod. lib. 4

Μεγάβαξος πέμπει ἀγγέλους ἐς Μακεδονίην ἄνδρας ἐπὶ Πέρσας, αἰτήσοντας γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ βασιλέϊ.

Alexandri factum in legatos Perſas, de quo copioſe Herodotus in τερψιχόρῃ.

Bubares.

amore filiæ Amyntæ captus, omisso bello, nupti as facit, depositisq; hostilibus animis, in affinitatis iura succedit. Post discessum a Macedonia Bubaris, Amyntas rex decedit, cuius filio, & successori Alexandro cognatio Bubaris non Darii tantum temporibus pacem præstitit, uerum etiam Xerxem cõciliauit, adeo, ut cum Græciam ueluti tempestas quędam occupasset, inter Olympum, Hæmumq; montes totius regionis eum imperio donauerit. Sed nec uirtute minus, q̃ Persarum liberalitate regnum ampliauit. Per ordinem deinde successionis regnum Macedoniæ ad Amyntam fratris eius Menelai filium peruenit. Hic quoq; insignis industria, & omnibus imperatoriis uirtutibus instructus fuit, qui ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrũ, Perdicã & Philippum Alexandri magni Macedonis patrẽ, & filiam Euryonem. Ex Cygæa autem Archelaum, Aridæum, Menelaum, qui cum Illyriis, deinde & cum Olynthiis grauia bella gessit. Insidiis autẽ Eurydices uxoris, quæ nuptias generi pacta, occidendum uirum, regnumq; adultero tradendum susceperat, occupatus fuisset, ni filia pellicatum matris, & sceleris consilia prodidisset. Functus itaq; tot periculis senex, decessit, regno maximo ex filiis, Alexandro tradito. Igitur Alexander inter prima initia regni, bellum ab Illyriis pacta mercede, & Philippo fratre dato obside redemit. Interiecto quoq; tempore per eundem obsidem cum

Filiæ nomen erat Gygæa.

Xerxis liberalitas in Alexandrum.

Amyntæ Alexãdri magni aui proles.

Eurydice.

PHILIPPI

Alexãdri magni patris genus.

Eurydices scelus.

Alexãder Philippi frater regnat.

Philippus obſes bis datus Thebanis.

Θηβαῖοι δὲ παλαβόντες τὸν παῖδα, τῷ ἐπαμινώνδᾳ παρέθηκε παῖδα. καὶ σωεξέφερε τῇ οὗτος ἐπαμινώνδᾳ, τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ παιδείας τε, ἢ ἀμφοῖν κοινωνῶν.

Thebanis gratiam pacis reconciliat, quæ res Philippo ad maxima incrementa egregię indolis fuit, Siquidē triennio Thebis obſes habitus, prima puericiæ rudimēta in urbe ſeueritatis antiquæ, & in domo Epaminondæ ſummi Philoſophi, & imperatoris depoſuit. Nec multo poſt Alexander inſidiis Eurydices matris adpetitus occumbit, cui Amyntas in ſcelere depræhenſæ propter cōmunes liberos, ignarus eiſdē quandoq; exitioſam fore, pepercerat. Frater quoq; eius Perdica pari inſidiarum fraude decipitur. Indignū prorſus libidinis cauſſa liberos a matre uita priuatos, quam ſcelerū ſuorū ſuppliciis, liberorum contemplatio uindicauerat. Perdicæ hæc indignior cædes uidebatur, quod ci apud matrem miſericordiam, nec paruulus quidem filius conciliauerat. Itaq; Philippus diu non ſe regem, ſed tutorem pupilli egit. At ubi grauiora bella imminebant, ſerumq; auxilium in expectatione infantis erat, compulſus a populo, regnum ſuſcepit. Vt eſt ingreſſus imperium, magna de illo ſpes omnibus fuit, & propter ipſius ingenium, quod magnum ſpondebat uirum, & propter uetera Macedoniæ fata, quæ ceciderant, uno ex Amyntæ filiis regnante, florentiſſimum fore Macedonię ſtatum, cui ſpei ſcelus matris hunc reſiduum fecerat. Principio regni cum hinc cædes fratrum indigne peremptorum, inde hoſtiū multitudo

Exemplū crudelitatis & impietatis maternæ erga liberos

Epiphonema

Philippo defertur iperiū.

Ὀλυμπιὰς δ' ἦν πέμπτη, ἡ ἑκαπτὴ, ὅτε φίλιππος μακεδόνων ἐβασίλευεν

Philippi geſta

multitudo, hinc insidiarum metus, inde inopia continui belli, & exhausti regni immaturam ætatem tyronis, urgeret, bellaque ueluti conspiratione quadam ad opprimendam Macedoniam multarum gentium ex diuersis locis uno tempore confluebant, quoniam omnibus par esse non poterat, dispensanda ratus, alia interposita pactione componit, alia redemit facilimis quibusq; aggressis, quorum uictoria, & militum trepidos animos firmaret, & contemptum sibi hostium demeret. Primum illi cum Athenienſibus certamen fuit, quibus per insidias uictis, metu belli grauioris, cum interficere omnes posset, incolumes sine precio dimisit. Post hæc bello in Illyrios translato multa millia hostium cædit. Vrbem nobilissimam Larissæam capit. Hinc Thessaliam non prædæ cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere gestiebat, nihil minus q̃ bellum metuentem, improuisus expugnat, unumq; corpus equitũ, pedestriũq; copiarum inuicti exercitus fecit. Quibus rebus fœliciter proueniẽtibus, Olympiada Neoptolemi regis Molossorũ filiam uxorem ducit, conciliante nuptias fratre patruele, tutore uirginis Arymba rege Molossorũ, qui sororem Olympiadis Troadam in matrimoniũ habebat, quæ causſa illi exitii malorumq; omnium fuit. Nam dum regni incrementa, affinitate Philippi, acquisiturum se sperat,

Primum bellũ Philippi cum Atheniẽsibus.

Demosthenes in prima oratione Olynth. ὁ πρῶτον ἀμφίπολιν λαβὼν, μετὰ ταῦτα Πύλαν, πάλιν Πτέλαιαν, μεθώνην αὖθις εἶτα Θετταλίας ἐπῆλθεν. μετὰ ταῦτα Φερὰς, Παγασὰς, Μαγνησίαν &c.

Olympias uxor Philippi

Arymbas.

proprio regno ab eodem priuatus in exilio consenu it. His ita gestis Philippus iam non contentus sum mouere bella, ultro etiam quietos lacessit. Cum Methonam urbem oppugnaret, in prætereuntem de muris sagitta iacta, dextrum oculum regis effo dit. Quo uulnere nec segnior in bellum, nec iracun dior aduersus hostes factus est, adeo ut interiectis diebus pacem deprecantibus, dederit, nec modera tus tantū, uerum etiam mitis aduersus uictos fuerit.

Methona à Philippo ex= pugnata. Exemplū mo= derationis in Philippo.

LIBER VIII.

Cōcordia pa uæ res cre= scunt, Discor dia magnæ di labuntur.

GRæciæ ciuitates dum imperare singulæ cupi/ unt, imperium omnes perdiderunt. Quippe in mutuum exitium sine modo ruentes ab omnibus ui ctæ periere, quid singulæ amitterent, non nisi op pressæ senserunt. Siquidem Philippus ex Macedo nia ueluti specula quadam libertati omnium insidia tus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium in ferioribus ferendo, uictos pariter, uictoresq; sub ire regiam seruitutem coegit. Caus sa & origo huius mali, Thebani fuere, qui cum rerum potirentur secundam fortunam imbecillo ani mo ferentes, uictos armis Lace/ dæmonios, & Phocenses, quasi parua supplicia cædibus & rapinis luissent, apud commune Græciæ concilium superbe accusauerunt. Lacedæmoniis

Thucydides libro tertio.

Εἰωθε τ῀ πόλεων ἃις ἂν μάλιστα ἢ λί ἐλαχίστα ἀφορμὴ δόκησις ὑπαρ ξία ἔλθη, ἐς ὕβριν τρέπειν. γὰ ἢ πλ λὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις ὑ τυχοῦντα, ἀσφαλέστερα, ἢ παρὰ δόξαν. ⓒ κακοπραγίαν ὡς εἰπεῖν, ῥᾷον ἀφωθοῦνται, ἢ ὑβριμονίαν ξυσώζονται.

crimini

crimini datum, quod arcem Thebanam inducíarum tempore occupassent, Phocensibus quod Bœotiam depopulati essent, prorsus quasi post arma & bellum, locum legibus reliquissent. Cum iudicium arbitrio uictorum exerceretur, tanta pecunia damnantur, quanta exolui non posset. Igitur Phocenses, cum agris, liberis, coniugibusq; priuarentur, desperatis rebus, Philomelo quodam duce, uelut Deo irascentes, templum ipsum Apollinis Delphis occupauere. Inde auro & pecunia diuites, conducto mercenario milite bellum Thebanis intulerunt, factumque Phocensium tametsi omnes execrarentur, propter sacrilegium, plus tamen inuidiæ Thebanis, a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, q̃ ipsis intulit. Itaque auxilia his & ab Atheniensibus & a Lacedæmoniis missa. Prima igitur congressione Philomelus Thebanos castris exuit. Sequenti prælio primus inter confertissimos dimicans cecidit, & sacrilegii pœnas impio sanguine luit. In huius locum dux Onomarchus creatur, aduersus quem Thebani, Thessalicq; non ex ciuibus suis, ne uictoris potentiam ferre non possent, sed Philippũ Macedoniæ regẽ ducẽ eligunt, & externæ dominationi quã in suis timuerũt, sponte succedũt. Igitur Philippus quasi sacrilegii, non Thebanorũ ultor esset, oẽs milites coronas laureas sumere iubet, atq; ita ueluti Deo duce in prælium pergit. Phocenses insignibus Dei cõspectis, conscientia

ΙΕΡΟΣ ΠΟΛΕΜΟΣ *de quo uide Diodorum in Philippo.*

Φιλόμηλος ἵνα μὴ ζῶ χρείᾳ ἀλῷ, κατεκρήμνισεν ἑαυτόν.

Stultũ & imprudẽs Thebanorũ consiliũ in eligẽdo externo duce.

Obserua Philippi consiliũ de laureis coronis.

Impietas punita.

delictorum territi, abiectis armis fugam capescunt, pœnasq; uiolatæ religionis sanguine, & cædibus suis pendunt. Incredibile, quantam ea res apud omnes nationes Philippo gloriam dedit. Illum uindicem sacrilegii, illum ultorem religionum, quod orbis uiribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret extitisse dignum. Itaq; Diis proximus habetur, per quem Deorum maiestas uindicata sit. Sed Athenienses audito belli euentu, ne in Græciã Philippus transiret, angustias Thermopylarum pari ratione sicuti antea aduenientibus Persis occupauere, sed neq; simili, aut uirtute, aut caussa. Siquidem tunc pro libertate Græciæ, nunc pro sacrilegio publico, tunc a rapina hostium templa uindicaturi, nunc aduersus uindices templorum raptores defensuri, agunteq; se propugnatores sceleris cuius turpe erat alios uindices fuisse, immemores prorsus q; in dubiis rebus suis illo Deo etiam consiliorum authore usi fuerant, quod illo duce tot bella uictores inierant, tot urbes auspicato condiderant, tantum imperium terra mariq; quæsierant, quod nihil sine maiestate numinis eius, aut priuatæ unq; aut publicæ rei gesserant. Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutisq; formata, ut quid unde post hac succensere iure barbaris possint, non haberent. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit. Quippe ueluti timens ne ab hostibus sacrilegii scelere uinceretur,

Athenienses Thermopylas occupant.

Arguit Athenienses impietatis.

Ἐπιφώνημα

Perfidiæ et impietatis exemplum in Philippo.

ciuita

eluitates quarum paulo ante dux fuerat, quæ sub au spiciis eius militauerant, quæ gratulatæ illi sibiq; uictoriam nactæ fuerant, hostiliter occupatas diripuit. Coniuges, liberosq; omnium sub corona uendidit. Non Deorum immortalium templis, non ædibus sacris, non Diis penatibus publicis priuatisq;, ad quos paulo ante ingressus hospitaliter fuerat, pepercit. Prorsus ut non tam sacrilegii ultor extitisse, q̃ sacrilegiorum licentiam quæsisse uideretur. Inde ueluti rebus egregie gestis in Cappadociam traiicit, ubi bello pari perfidia gesto captisq; per dolum, & occisis finitimis regibus, uniuersam prouinciam imperio Macedoniæ adiungit. Deinde ad abolendam inuidiæ famam, qua insignis, præter cæteros tunc temporis habebatur, per regna mittit, & opulentissimas ciuitates, & phana, ac templa, qui opinionem fererent, regem Philippum magna pecunia locare, & muros per ciuitates, & phana ac templa facienda, & ut per præcones, susceptores sollicitarentur, qui cum in Macedoniam uenissent, uariis dilationibus frustrati, uim regiæ maiestatis timentes taciti proficiscebantur. Post hæc Olynthios aggreditur. Receperant enim per misericordiam post cædem unius, duos fratres eius, quos Philippus ex nouerca genitos, ueluti partices regni, interficere gestiebat. Ob hanc igitur causſam urbem antiquam & nobilem excindit, & fratres olim destinato supplicio tra

Philippi scelera quem egregie suis coloribus depingit Demosthenes Olynthiaca secunda.

Veteratoris exemplum.

Olynthũ Philippus per proditionẽ corruptis urbis principibus Lasthene & Euthycrate capit. Ferũt dicere solitũ nullã urbem tam esse munitã, quin, si in eã asinus auro onustus ingredi possit, expugnari queat.

dit, prædaq; ingenti, pariter & parricidii uoto frui tur. Inde quasi omnia, quæ agitasset omnino ei licerent, auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat. Et ne quod ius uel fas inuiolatum præ termitteret, piraticam quoq; exercere instituit. His ita gestis forte uenit, ut eum fratres duo regis Thraciæ, non contemplatione iusticiæ eius, sed inuicem metuentes, ne alterius uiribus accederet, discepta tionum suarum iudicem eligerẽt. Sed Phi lippus more ingenii sui, ad iudicium uelu ti ad bellum, inopinantibus fratribus, in structo exercitu superuenit, regno utrunq; non iudicis more, sed fraude latronis, ac scelere spoliauit.

Philippi iniusticia Estq; similis in dirimẽda lite leoni AEsopico in præda partienda.

Dũm hæc aguntur legati Athenienſium petentes pacem ad eum uenerunt, quibus auditis, & ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit, ibique ex commodo utrorumque pax facta. Ex cæteris quoque Græciæ ciuitatibus, non pacis amore, sed belli metu legationes uenere. Siquidem crudescente ira, Thebani Bœotiiq; orant, ut professum aduersum Phocenses ducem, Græciæ exhibeat, tanto odio Phocensium ardentes, ut obliti cladium suarum, perire ipsi, quam non perdere eos præoptarent, expertamque Philippi crudelitatem pati, q̃ parcere hostibus suis mallent. Contra Phocensium legati adhibitis Lacedæmoniis, & Athenienſibus bellum deprecabantur, cuius ab eo dilationem ter iam emerant. Fœdum prorsus, miserandumque

Legatio Athenienſiũ ad Philippum pro pace petenda de qua Demosthe. in oratione περὶ τοῦ φάνου.

Legati phocensium.

spectа

ſpectaculum, Græciam etiam nunc & uiribus & di gnitate orbis terrarum principem, regum certe gentiumque ſemper uictricem & multarum adhuc urbium dominam, alienis excubare ſedibus, aut rogantem bellum, aut deprecantem in alterius ope omnem ſpem poſuiſſe. Orbis terra rum uindices eo uſque diſcordia ſua, ciui libuſque bellis redactos, ut adulentur ultro ſordidam paulo ante clientelæ ſuæ partem, & hoc potiſſimum facere Thebanos La cedæmonioſque antea inter ſe imperium, nunc Græ ciæ imperantis æmulos. Philippus inter hæc uen dicatione gloriæ ſuæ, tantarum urbium faſtigium agitat, atque utros potius dignetur æſtimat. Se creto igitur auditis utriſque legationibus, his ue niam belli pollicetur, iureiurando adactis, reſpon ſum nemini prodituros, illis contra uenturum ſe, auxiliumque, laturum, utroſque uetat parare bel lum, aut metuere. Sic uariato reſponſo ſecuris o mnibus Thermopylarum anguſtias occupat. Tunc primum Phocenſes ſe captos in fraude Philippi animaduertentes trepidi ad arma confugiunt. Sed neque ſpacium erat inſtruendi belli, nec tempus ad contrahenda auxilia, & Philippus excidium mi nabatur, ni fieret deditio. Victi igitur neceſſita te, pacta ſalute ſe dedunt. Sed pactio eius fidei fu it, cuius antea fuerat deprecati belli promiſſio.

Επιφώνημα ἀ rei indigni= tate.

Diſcordia

Στάσις ἐμφυλος πλέ μα ὁμοφρονέοντας, ρσυ τῳ κάκιόν ἐστι, ὅσῳ πα λέμα εἰρήνης. Herod.

Philippi fraus & perfidia.

Phocensium calamitas.

Igitur cæduntur passim, rapiunturq; non liberi parentibus, non coniuges maritis, non Deorum simulachra templis suis relinquuntur. Vnum tantum miseris solatium fuit, quod cum Philippus portione prædæ socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos uiderunt. Reuersus in regnum, ut pecora, pastores, nunc in hybernos, nunc in æstiuos saltus traiiciunt, sic ille populos, & urbes. Vt illi uel replenda, uel derelinquenda quæq; loca uidebantur, ad libidinem suam transfert, miseranda ubiq; facies, & excidio similis erat. Non quidem pauor ille hostilis, nec discursus per urbem militum erat, non tumultus armorum, non bonorum, atq; hominum rapina, sed tacitus mœror, & luctus, uerentibus ne

Philippi sæuitia in suos.

γνώμη: ipsæ lachrymæ pro contumacia haberentur. Crescit dissimulatione ipsa dolor, hoc altius dimissus, quo minus profiteri licet. Nunc sepulchra maiorũ,

πάθος. nunc ueteres penates, nunc tecta, in quibus geniti erant, in quibusq; genuerant, consyderabant. Miserantes nunc uicem suam, quod in eam diem uixissent, nunc filiorum, quod non post eam diem nati essent. Alios populos in finibus ipsis hostibus opponit, alios in extremis regni terminis statuit, quosdam bello captos in supplementis urbium diuidit. Atq; ita ex multis gentibus, nationibusq; unum regnum, populumq; constituit. Compositis, ordinatisq; Macedoniæ rebus, Dardanos, cæterosq; finitimos fraude captos, expugnat. Sed nec a proximis

manus

manus abstinet. Siquidem Arymbam regem Epiri uxori suæ Olympiadi arctissima cognatione uinctũ, pellere regno statuit, atq; Alexandrum priuignum eius, uxoris Olympiadis fratrem, puerum honeste pulchritudinis, in Macedoniam nomine fororis accersit, omniq; studio sollicitatum in spem regni, si mulato amore, ad stupri consuetudinem perpulit, maiora in eo obsequia habiturus, siue conscientiæ pudore, siue regni beneficio. Igitur cum. xx. ad annos peruenisset, ereptum Arymbæ regnum puero admodũ tradit, scelestus in utroq;. Nam nec in eo ius cognationis seruauit, cui ademit regnũ, & eum cui dedit, impudicum fecit ante, q; regem.

Exemplũ impietatis erga cognatos.

Philippi sceleratæ.

LIBER IX.

IN Græciam Philippus cum uenisset sollicitatus paucarum ciuitatum direptione, & exprꝑda modicarum urbium, quantæ opes uniuersarum essent animo prospiciens, bellum toti Græciæ inferre statuit. Ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus, si sibi Bizantium nobilem, & maritimam urbẽ, receptaculum terra, mariq; copiis suis futurum, in potestatem redegisset. Eandem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Hæc nanq; urbs condita primo a Pausania rege Spartanorum, & per septem annos possessa fuit. Deinde uariante uictoria, nunc Lacedæmoniorum, nunc Athenienſium iuris habita est.

Byzantiũ oppugnatur à Philippo qđ Perinthijs auxilia miserint

Byzantium à quo condutũ.

Quæ incerta possessio effecit, ut nemine quasi suam auxiliis iuuante libertatem constantius tuere tur. Igitur Philippus longa obsidionis mora exhaustus, pecuniæ commertium de piratica mutuatur. Captis itaqꝫ centum septuaginta nauibus mercium, ex distractis anhelantem inopiam paululum recreauit. Deinde, ne unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortissimis, multas Chersonensium urbes expugnat. Filium Alexandrum decem & octo annos natum, ut sub militia patris, tyrocinii rudimenta deponeret, ad se accersit. In Scythiam quoqꝫ prædandi caussa profectus, more negociantium, impensas belli alio bello refecturus. Erat eo tempore rex Scytharum Matthæas, qui cum bello Istrianorum premeretur, auxilium a Philippo per Apollonienses petit, in successione eum regni Scythiæ adoptaturus. Cum interim Istrianorum rex decedens, & metu belli, & auxiliorum necessitate Scythas solui uit. Itaqꝫ Matthæas remissis Macedonibus renunciari Philippo iubet, neqꝫ auxilium eius se petisse, neqꝫ adoptionem mandasse. Nam neqꝫ uindicta Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent, neqꝫ hæredem sibi incolumi filio deesse. His auditis Philippus, legatos ad Matthæam mittit, impensæ obsidionis portionem petentes, ne inopia bellum deserere cogatur. Quod eo promptius eum facere debere, quod missis a se in auxilium eius militibus

Piraticam exercet Philippus.

Alexãder magnus in castra à patre accersitus.

BELLVM *Philippi cum Scythis.*

Matthæas Scytharum rex.

Scythici belli caussa & origo.

litibus, nec ſumptum quidem uiæ, non modo officii precia, dederit. Matthæas, inclementiam cœli & terræ ſterilitatem cauſatus, quæ non patrimoniis ditet Scythas, ſed uix alimenta exhibeat, reſpondit, nullas ſibi opes eſſe, quibus tantum regem expleat, & turpius putaret paruo defungi, quam totum abnuere. Scythas autem uirtute animi & duritia corporis non opibus cenſeri. Quibus deriſus Philippus ſoluta obſidione Byzantii, Scythica bella aggreditur, præmiſſis legatis, quo ſecuriores faceret, qui nuncient Matthææ, dum Byzantium obſidet, uouiſſe ſtatuam Herculi, ad quam in hoſtio Iſtri ponendam, ſe uenire, pacatum acceſſum ad religionem Dei petens, amicus ipſe Scythis uenturus. Ille ſi uoto fungi uelit, ſtatuam ſibi mitti iubet, non modo, ut ponatur, uerum etiam, ut inuiolata mancat, pollicetur. Exercitum autem fines ingredi, negat ſe paſſurum, ac ſi inuitis Scythis ſtatuam ponat, eo digreſſo ſublaturum, uerſurumque æs ſtatuæ in aculeos ſagittarum. His utrinque irritatis animis prælium committitur. Cum uirtute & animo præſtarent Scythæ, aſtutia Philippi uincuntur, uiginti millia puerorum, ac fœminarum capta, pecoris magna uis, auri, argentique nihil. Ea primum fides inopiæ Scythicæ fuit, uiginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam miſſa.

Obſerua Philippum non tam ui & armis, q̃ dolo et fraude bella geſſiſſe & uicciſſe, elegantiter uero à Demoſthe. πανοῦργος adpellatur.

Victoria Philippi de Scythis.

Sed

Prælũ cũ Tribalis in quo grauiter in fœmore saucia= tur Philippus

Sed reuertenti a Scythia Tribali Philippo occurrũt. Negant se transitum daturos, ni portionem accipiant prædæ. Hinc iurgium, & mox prælium. In quo ita in fœmore uulneratus est Philippus, ut per corpus eius equus interficeretur. Cum omnes occisum putarent, præda amissa est. Ita Scythica uelut deuota spolia pene luctuosa Macedonibus fuere. Vbi uero ex uulnere primum conualuit, diu dissimulatum bellum Athenienſibus infert. Quorũ causſæ Thebani se iunxere, ne uictis metuentes Atheniensibus, ueluti uicinum incendium belli ad se transiret. Facta igitur inter duas paulo ante infestissimas ciuitates societate, legationibus Græciam fatigant, communem hostem putant communibus uiribus summouendum. Neq; enim cessaturum Philippum si prospere prima succesſerint, nisi omnẽ Græciam domuerit. Motæ quædã ciuitates Athenienſibus se iungũt, Quaſdam aũt ad Philippum belli metus traxit. Prælio commisſo cũ Athenienſes longe maiore militum numero præstarent, assiduis bellis indurata uirtute Macedonum, uincuntur, non tamen immemores priſtinæ gloriæ cecidere. Quippe aduerſis uulneribus omnes loca quæ tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt. Hic dies uniuerſæ Græciæ, & gloriam dominationis, & uetuſtiſſimam libertatem finiit. Huius uictoriæ callide diſſimulata lætitia eſt. Denique

Philippi εἰκόνα describit Demoſth. ἑώρων αὐτὸν ἂν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα ἀσκέλος πεπηρωμένον.

BELLVM *Atheniẽſibus à Philippo illatum, de quo Diodorus.*

Demoſthenes ſua elo= quentia Thebanos ad belli ſocietatem cum Athen. ſuſcipiendam pertraxit.

Præclara ad Chæronæam Philippi uicto= ria.

Philippi mo= deratio.

nicꝫ non solita sacra Philippus illa die fecit, non con uiuio risit, non ludos inter epulas adhibuit, non co ronas aut unguenta sumpsit, & quantum in illo fuit, ita uicit, ut uictorem nemo sentiret. Sed nec regem se Græciæ, sed ducem adpellari iussit. Atcꝫ ita in ter tacitam lætitiam, & dolorem hostium tempera uit, ut necꝫ apud suos exultasse, necꝫ apud uictos insultasse uideretur. Athenien sibus quos passus in festissimos fuerat, & captiuos gratis remisit, & bello cõsumptorũ corpora sepulturæ reddidit, reliquiasꝫ funerum, ut ad sepulchra maiorum deferrent, ultro hortatus est. Super hæc Alexandrum filium cum amico Antipatro, qui pacem cum his, amicitiamꝫ iungeret Athenas misit. Thebanorum porro non so lum captiuos, uerum etiam interfectorũ sepulturã uendidit. Principes ciuitatis alios securi percussit, ali os in exilium redegit, bonaꝫ omnium occupauit, pulsos deinde per iniuriam in patriam restituit. Ex horũ numero. ccc. exules iudices, rectoresꝫ ciuita ti dedit. Apud quos cum potentissimi quiꝫ rei eius ipsius criminis postularentur, quod per iniuriam se in exilium egissent huius constantiæ fuerunt, ut omnes se authores faterentur, meliusꝫ cum Repu. actũ cũ damnati essent, cꝫ cũ restituti conten derent. Mira prorsus audacia, de iudicibus uitæ, necisꝫ suæ, quemadmodũ possunt, sententiam ferunt, con temnuntꝫ absolutionẽ quam dare inimici possunt, & quoniã rebus nequeunt ulcisci, uerbis usurpant li

Obserua qđ de oratoris Demadis scõmate in Philippum hic re fert Diodorus

Alexander Athenas mutitur.

Sæuitia Philippi in Thebanos.

Liberi dictiex emplum.

Epiphonema

Conuentus Græcorum in Corintho.

bertatẽ. Compoſitis in Græcia rebus Philippus omnium ciuitatũ legatos ad formandum rerum præſentium ſtatum euocari Corinthum iubet. Ibi pacis legem uniuerſæ Græciæ pro meritis ſingularũ ciuitatum ſtatuit, conſiliumq; omnium ueluti unũ enatũ ex omnibus elegit. Soli Lacedæmonii, & legẽ & regẽ contempſerunt, ſeruitutem non pacem rati, quæ non ipſis ciuitatibus conueniret, ſed a uictore ferretur. Auxilia deinde ſingularũ ciuitatũ deſcribuntur, ſiue adiuuandus ea manu rex oppugnante aliquo foret, ſeu duce illo bellum inferendũ. Neq; enim dubium erat imperiũ Perſarum his adparatibus peti. Summa auxiliorũ. cc. millia peditũ fuere, & equitũ xv. millia. Extra hanc ſummã, & Macedoniæ exercitus erat, et confinis domitarum gentium barbaries.

Alij legunt, Conciliumq; omniũ ueluti unum ſenatum &c.

Adparatus bellicus in Perſas.

Legati Philippi in Aſiam.

Initio ueris tres duces in Aſiam Perſarum uiris præmittit Parmenionẽ, Amytam, & Attalum, cuius ſororem nuper expulſa Alexandri matre Olympiade, propter ſtupri ſuſpitionem in matrimonium accepe rat. Interea dũ auxilia a Græcia coeunt, nuptias Cleopatræ filię & Alexandri, quẽ regem Epiri fecerat, celebrat. Dies erat pro magnitudine duorũ regum, & collocãtis filiã, & uxorem ducentis, adparatibus inſignis. Sed nec ludorum magnificentia deerat, ad quorum ſpectaculũ Philippus cum ſine cuſtodibus medius inter duos Alexandros filium, generumq; concederet, Pauſanias nobilis ex Macedonibus, nemini ſuſpectus adoleſcens occupatum anguſtiis Philippum

Olympias ob ſtupri ſuſpitionem pulſa.

Nuptiæ Alexandri regis Epiri & Cleopatræ filiæ Philippi.

lippum in transitu obtruncat, diemq; lætitiæ desti natum, fœdũ luctu funeris facit. Hic Pausanias pri mis pubertatis annis stuprũ per iniuriã passus ab At talo fuerat, cuius indignitati hæc etiã fœditas accesse rat. Nam perductum in conuiuio, solutumq; mero Attalus non suæ tantũ, uerũ & conuiuarũ libidini, uelut scortũ uile subiecerat, ludibriumq; omniũ in ter coæquales reddiderat. Hãc rem ægre ferens Pau sanias, querelã Philippo sæpe detulerat. Cũ uariis frustratiõibus nõ sine risu differretur, et honoratũ in super ducatu aduersariũ cerneret, iram in ipsum Phi lippum uertit, ultionemq; quam aduersario non po terat, ab iniquo iudice exegit. Creditũ est etiam, immissum ab Olympiade matre Alexandri fuisse, nec ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis ex titisse. Quippe non minus Olympiadem repudium, & prælatam sibi Cleopatrã, quam stuprum Pausa niam doluisse. Alexandrum quoq;, regni æmulũ fratrẽ ex nouerca susceptum timuisse, eoq; actum, ut in conuiuio antea primum cum Attalo, mox cum ipso patre iurgaret. Adeo, ut etiam stricto gladio eum Philippus consectatus sit, ægreq; a filii cæde, amicorum precibus exoratus. Quam ob rem Ale xander ad auunculum se in Epirum cum matre, in de ad reges Illyriorum contulerat, uixq; reuocanti mitigatus est patri, precibusq; cognatorum ægre redire compulsus. Olympias quoq; fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat,

Philippus tru cidatur à Pau sania satelli te, propter Attali libidi nẽ nõ punitã. Diodorus pau lo aliter nar rat.

Libido.

Alexander cũ matre suspe ctus de parri cidio.

Plutarchus in uita Alexan dri refert in ista contentio ne Alexãdrũ in Attalum po culum conte cisse.

Σημεῖα qui bus ostendit Olympiadem cædis fuisse conscian.

peruicisſetq; , ni filiæ nuptiis pater generũ occupaſ ſet . His ſtimulis irarũ utriq; Pauſaniã de impunita te ſtupri ſui querentẽ ad tantũ facinus impuliſſe cre duntur . Olympias certe fugienti percuſſori , equos quoq; præparatos habuit . Ipſa deinde audita regis nece , cũ titulo officii ad exequias eadem nocte cucur riſſet , in cruce pendentis Pauſaniæ capiti, eadem no cte , qua uenit , coronam auream imponit, quod ne mo alius audere niſi hæc , ſuperſtite Philippi filio, potuiſſet . Paucos deinde poſt dies refixum corpus interfectoris ſuper reliquias cremauit , & tumulum ei eodem fecit in loco, parentariq; eidem quotannis in cuſſa populo ſuperſtitione curauit . Poſt hæc Cle opatram , a qua pulſa Philippi matrimonio fuerat , in gremio eius , prius filia interfecta , finire uitã ſu ſpendio coegit , ſpectaculoq; pendentis ultione po tita eſt , ad quam per parricidium feſtinauerat . No uiſſime gladium illum , quo rex percuſſus eſt , Apol lini ſub nomine Myrtalis conſecrauit . Hoc enim no men ante Olympiadis paruulæ fuit . Quæ omnia ita palam facta ſunt , ut timuiſſe uideatur , ne facinus ab ea commiſſum, non probaretur . Deceſſit Philippus xl . & ſeptem annorum , cum annis . xxv . regnaſſet Genuit ex Lariſſæa ſaltatrice filium Arideum , qui poſt Alexãdrũ regnauit. Habuit et multos alios filios ex uariis matrimoniis regio more ſuſceptos , qui par tim fato , partim ferro periere . Fuit rex armorum , quam conuiuiorum adparatibus ſtudioſior , cui ma

Olympiadis crudelitas .

Quo tempore decesserit & quamdiu regnauit Philippus .

xime

ximæ opes erant instrumenta bellorum, diuitiarum quæstu, q̃ custodia solertior. Itaq; inter quotidianas rapinas semper inops erat. Misericordia in eo, & perfidia pari iure dilectæ. Nulla apud eum turpis ratio uincendi, blandus pariter, & insidiosus alloquio, qui plura promitteret, q̃ prestaret. In seria & iocos artifex. Amicitias utilitate, non fide colebat. Gratiam fingere in odio, instruere inter concordantes odia, apud utrunq; gratiam quærere solennis illi consuetudo. Inter hæc eloquentia, & insignis oratio acuminis, & solertiæ plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inuentionum deesset ornatus. Huic Alexander successit, & uirtute, & uiciis patre maior. Itaq; uincendi ratio utriq; diuersa. Hic aperta ui, ille artibus bella tractabat. Deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fusis. Prudentior ille consilio, hic animo magnificentior. Iram pater dissimulare plerunque, & uincere, hic ubi exarsisset, nec dilatio ultionis, nec modus erat. Vini nimis uterque auidus, sed ebrietatis diuersa uitia. Patri mos erat, & de conuiuio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere offerre. Alexander non in hostem, sed in suos sæuiebat. Quã ob rem Philippum sæpe uulneratum prælia remisere, hic amicorum interfector conuiuio frequenter excessit, Regnare ille cum amicis nolebat, hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle, hic metui. Literarum cultus utrique similis. Solertiæ pa

Describit mores et ingenũ Philippi.

Philippi eloquentia.

Comparatio Philippi & Alexandri.

ter maioris, hic fidei. Verbis atq; oratione Philippus, hic rebus moderatior. Parcendi uictis filio animus & promptior & honestior. Frugalitati pater, luxuriæ filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis imperii fundamenta pater fecit, operis totius gloriam filius consumauit.

IVSTINI HISTORICI LIBER X.

Filiorũ Artaxerxis numerus Plutar. quatuor legitimos filios recensẽt, Dariũ, Ariaspem, Arsamẽ & Ochum.

ARtaxerxi regi Persarum ex pellicibus centum quindecim filii fuere, sed tres tantum iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariaractos, & Ochus. Ex his Darium contra morem Persarum, apud quos rex nisi morte mutatur, per indulgentiam pater regem uiuus fecit, nihil sibi ablatum existimans, quod in filium contulisset, sinceriusque gaudium ex procreatione capturus, si insignia maiestatis suæ uiuus in filio conspexisset. Sed Darius post noua paternæ pietatis exempla, interficiendi patris consilium cepit. Sceleratus fuisset, si solus parricidium cogitasset, tanto sceleratior quanto in societatem facinoris assumptos quinquaginta fratres fecit parricidas. Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo non solum sociari, uerum etiam fileri parricidium potuit, ut ex quinquaginta liberis nemo inuentus sit, quẽ aut paterna maiestas, aut ueneratio senis, aut indulgentia patris a tanta immanitate reuocaret. Adeo ne uile paternum nomen apud tot numero filios

Exemplũ paternæ indulgentiæ.

Insigne impietatis filiorum erga parentẽ exemplum.

Ἐπιφώνημα

lios fuit? ut quorum præsidio tutus etiam aduersus hostes esse debuerat, eorum insidiis circunuentus tutior ab hostibus q̃ a filiis fuerit. Caussa parricidii sceleratior ipso parricidio fuit. Occiso quippe Cyro fraterno bello, cuius mentio supra habita est, Aspasiam pellicem eius rex Artaxerxes in matrimonium receperat. Hanc patrem cedere sibi sicuti regnũ Darius postulauerat, qui pro indulgentia sua in liberos, primo facturum se dixerat, mox pœnitentia ductus ut honeste negaret, quod temere promiserat, solis eam sacerdotio præfecit, ꝙ perpetua illi ab omnibus uiris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iuuenis in iurgia primo patris erupit. Mox facta cum fratribus coniuratione, dum patri insidias parat, deprehensus cum sociis, pœnas parricidii Diis, paternæ maiestatis ultoribus dedit. Coniuges quoꝙ omnium cum liberis, ne quod uestigium tanti sceleris extaret, interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto, decedit. Rex q̃ꝑ pater fœlicior. Hæreditas regni Ocho tradita, qui timens parem coniurationem, regiam congnatorum cæde, & strage principum replet, nulla, non sanguinis, non sexus, non ætatis, misericordia permotus, scilicet ne innocentior fratribus parricidis haberetur. Atque ita ueluti purificato regno bellum Armeniis infert. In eo, cum aduersus prouocatorem hostiũ, Codomanus quidam cũ oim fauore processisset, hoste cæso uictoriam suis, pariter

Caussa parricidij.

Locus communis, nimia parentum indulgẽtia corrumpi liberos.

Plutarchus in uita Artaxerxis.

Artaxerxis mors.

Ochus Persarum rex propter crudelitatem à Bagoa ueneno necatur. Diodorus

& propeamissam gloriam restituit. Ob hæc decora idem Codomanus præficitur Armeniis. Interiecto deinde tempore post mortem Occhi regis, ob memoriam pristinæ uirtutis, rex a populo constituitur, Darii nomine, ne quid regiæ maiestati deesset, honoratus, bellumq; cum Alexandro magno, diu uariante fortuna, magna uirtute gessit. Postremo uictus ab Alexandro, & a cognatis occisus, uitam pariter cum Persarum regno finiuit.

Codomanus ob suam uirtutem Persarum rex electus et appellatus Darius. De hoc paulo aliter Diodorus.

LIBER XI.

IN exercitu Philippi sicuti uariæ gentes erant, ita eo occiso diuersi motus animorum fuere. Alii quippe iniusta seruitute oppressi ad spem se libertatis erigebant. Alii tædio longinquæ militiæ remissam sibi expeditionem gaudebant. Nonnulli facem nuptiis filiæ accensam rogo patris subditam dolebant. Amicos quoq; tam subita mutatione rerum haud mediocris metus ceperat, reputantes, nunc prouocatam Asiam, nunc Europam nondum perdomitam, nunc Illyrios, & Thracas, & Dardanos, cæteraſque barbaras gentes fidei dubiæ & mentis infidæ. Qui omnes populi si pariter deficiant, resisti nullo modo posse. His rebus, uelut medela quædam, interuentus Alexandri fuit, qui pro concione ita uulgus omne consolatus hortatusq; pro tempore est, ut & metum timentibus demeret, & in spem sui omnes impelleret. Erat hic annos .xx. natus.

Tumultus post Philippi mortem in castris.

ALEXANDER.

in

In qua ætate ita moderate de se multa pollicitus est, ut appareret, plura eum experimentis reseruare. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum præter militiæ uacationem dedit. Quo facto tantum sibi fauorem omnium conciliauit, ut corpus hominis non uirtutem regis mutasse se dicerent. Prima illi cura paternarum exequiarum fuit. In quibus ante omnia cædis conscios ad tumulum patris occidi iussit, soli Alexandro Lynciſtarum fratri pepercit, seruans in eo auspicium dignitatis suæ. Nam regẽ eum primus salutauerat. Aemulum quoq; imperii Caranum fratrem ex nouerca susceptum interfici curauit. Inter initia multas gentes rebellantes cõpescuit. Orientes nonnullas seditiones extinxit. Quibus rebus erectus tacito gradu in Græciam contendit, ubi exemplo patris Corinthum, euocatis ciuitatibus, dux in locum eius substituitur. Inchoatum deinde a patre Persicum bellum aggreditur, in cuius apparatu occupato, nunciatur, Athenienses, Thebanos, & Lacedæmonios ab eo ad Persas defeciſſe, authoremq; eius defectionis, magno auri pondere a Persis corruptum Demosthenem oratorem extitiſſe, qui Macedonum deletas omnes cũ rege copias a Tribalis affirmauerit, producto in contionem authore, qui in eo prælio in quo rex ceciderat, se quoq; uulneratum diceret. Qua opinione mutatos omnium ferme ciuitatum animos esse, præsidia Macedonum obsideri. Quibus motibus occursurus, tanta celeritate

Alexandri ætas & indoles

Vltio paternæ cædis.

Caranus necatur.

Græciæ dux Alexãder per Amphictyones cõstituitur

Demosthenes defectionis auctor.

Meminit auri huius Aeschines.

Alexandri celeritas.

instructo paratoq; exercitu Græciã oppressit, ut quẽ uenire non senserant, uidere se uix crederent. In transitu hortatus Thessalos fuerat, beneficiorumq; Philippi patris, maternæq; suæ cum his ab Aeacidarum gente necessitudinis, admonuerat. Cupide hęc Thessalis audientibus exemplo patris dux uniuersæ gentis creatus erat, & uectigalia omnia, redditusq; suos ei tradiderant. Sed Athenienses sicuti primi defecerũt, ita primi pœnitere cœperunt, contemptum hostis in admirationem cõuertentes, pueritiamq; Alexandri, spretam antea, supra uirtutem ueterum ducũ extollentes. Missis itaq; legatis bellum deprecantur, quibus auditis, & grauiter increpatis, Alexander bellum remisit. Inde Thebas exercitum conuertit, eadem indulgentia usurus, si parem pœnitentiam inuenisset. Sed Thebani armis, non precibus nec deprecatione usi sunt. Itaq; uicti, grauissima quæq; supplicia miserrimæ captiuitatis experti sunt. Cum in consilio de excidio urbis deliberaretur, Phocenses & Platæenses, & Thespienses, & Orchomœnii Alexandri socii uictoriæq; participes, excidium urbium suarum crudelitatemq; Thebanorum referebant, studia in Persas non præsentia tantum, uerum etiam & uetera aduersus Græciæ libertatẽ increpantes. Quam ob rem odium eos omnium populorum esse, quod uel ex eo manifestari, quod iureiurando se oẽs obstrinxerint, ut uictis Persis Thebas diruerent. Adiiciunt & scelerum priorũ fabulas, quibus oẽs scenas repleuerãt,

Genus maternũ Alexandri

Solebat enim Alexandrum Demosthenes puerum appellare.

Legati Athenienſium ad Alexandrũ, inter quos fuit et Demoſth. qui tamen ad regẽ cũ reliquis nõ peruenit.

Vinciũtur Thebani ab Alexandro.

Græcorum odium in Thebanos.

ut non

ut non præsenti tantũ perfidia, uerum & uetere infa
mia inuisi forẽt. Tunc Eleadas unus ex captiuis, data
potestate dicendi, non a rege se defeciſſe, quẽ interfe
ctum audierint, sed a regis hæredibus, quicquid in
eo sit admissum, crudelitatis non perfidiæ culpam
esse, cuius tamen iam magna se supplicia pependisse.
Deleta iuuentute, nunc senum fœminarumq; sicuti
infirmum, ita innoxium restare uulgus, ipsumq; stu
pris contumeliisq; ita uexatum esse, ut nihil amarius
unq; sint passi, nec iam pro ciuibus se, qui tam pauci
remanserint orare, sed pro innoxio patriæ solo, &
pro urbe, quæ non uiros tantũ, uerum etiã Deos ge
nuerit. Priuata etiã regem superstitione deprecatur,
geniti apud ipsos Herculis, unde originẽ gens Aeaci
darum trahat. Actaq; Thebis a patre eius Philippo
pueritia, rogat, urbi parcat, quæ maiores eius par
tim apud sẽ genitos Deos adoret, partim educa
tos summæ maiestatis reges uiderit. Sed potentior
fuit ira quã preces. Itaq; urbs diruitur. Agri inter ui
ctores diuidũtur. Captiui sub corona uẽduntur. Quo
rum precium non ex ementiũ commodo, sed ex ini
micorũ odio extenditur, miserãda res Athenienſibus
uisa. Itaq; portas refugiis profugorum contra inter
dictum regis aperuere. Quam rem ita grauiter tu
lit Alexander, ut secunda legatione, denuo
bellum deprecantibus, ita demũ remisit, ut
oratores & duces, quorũ fiducia toties re
bellẽt, sibi dedãtur paratisq; Athenienſibus,

Eleadæ ad Alexandrum oratio.

Excidiũ Thebanum, capti sunt autẽ plures triginta millibus. Vide Diodorum & Plutarch.

Demosthenes recitato in contione de lupis, oubus & canibus, Apologo, obtinuit ne dederentur, maxime uero Demades.

ne cogantur subire bellum, eo res deducta est, ut re tentis oratoribus duces in exilium agerentur, qui ex continenti ad Darium profecti, non mediocre mo mentum Persarum uiribus accessere. Proficiscens ad Persicum bellum, omnes nouercæ suæ cognatos, quos Philippus in excelsiorem dignitatis locum pro uehens imperiis præfecerat, interfecit. Sed nec suis qui apti regno uidebantur pepercit, ne qua materia seditionis, procul se agente in Macedonia remaneret, Et reges stipendarios conspectioris ingenii ad com militium secum trahit, seniores ad tutelam regni re linquit. Adunato deinde exercitu naues onerat. Vn de conspecta Asia, incredibili ardore mentis accen sus duodecim aras Deorum in belli uota statuit. Pa trimonium omne suum, quod in Macedonia Euro pacq; habebat, amicis diuidit, sibi Asiam sufficere præfatus. Priusq; ulla nauis littore excederet hosti as cædit, petens uictoriam bello, quo, toties a Per sis petitæ Græciæ, ultor relictus sit, quibus longa iam satis & matura imperia contigisse, quorũq; tem pus esse uices excipere melius acturos. Sed neq; ex ercitus eius alia q̃; regis animorum præsumptio fuit. Quippe obliti omnes coniugum liberorumq; & lon ginquæ a domo militiæ, Persicum aurum & totius orientis opes, iam quasi suam prædã ducebant, nec belli periculorum, sed diuitiarum meminerant. Cũ delati in continentem essent, primus Alexander iacu lum uelut in hostilem terram iecit, armatusq; de na ui tri

Alexandri in cognatos cru delitas.

Proficiscitur cum exercitu in Asiam Ale xander.

ui tripudianti similis prosiluit, atq; ita hostias cædit, precatus ne se regem illæ terræ inuite accipiant. In Ilio quoq; ad tumulos eorum, qui Troiano bello ceciderant parentauit. Inde hostem petens, milites a populatione Asiç prohibuit, parcendum suis rebus præfatus, nec perdēda ea quæ possessuri uenerant. In exercitu eius fuere peditum .xxxii. millia, equitū quatuor millia quingenti, naues centum.lxxxii. Hac tam parua manu uniuersum terrarū orbem utrū sit admirabilius uicerit, an aggredi ausus fuerit incertum est, cum ad tam periculosum bellum exercitum legerit, non iuuenes robustos, nec primo flore ætatis, sed ueteranos, plerosq; etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patruisq; militauerant, elegit, ut nō tam milites q̄; magistros militiæ electos putares. Ordines quoq; nemo nisi sexagenarius duxit, ut si principia castrorum cerneres, senatum te alicuius priscæ Reipubl. uidere diceres. Itaq; nemo in prelio fugam, sed uictoriam cogitauit, nec in pedibus cuiquam spes, sed in lacertis fuit. Contra rex Persarum Darius fiduçia uirium nil astu agere, adfirmans suis occulta consilia uictoriæ furtiuæ non conuenire, nec hostem a regni finibus arcere, sed in intimum regnum accipere, glorioſius ratus repellere bellum, q̄; non admittere, Prima igitur congressio in campis Adrastiis fuit. In acie Persarum sexcenta millia militum fuere, quę non minus arte Alexandri q̄; uirtute Macedonum superata, terga uerterūt.

inter parentā dū cū Achillis statuā circumcurreret dixisse fertur, fœlicē illū esse qui uiuus tā fidū amicū, mortuus tā egregiū habuerit præconem.

Alexandri copiæ.

Exercitus & militū descriptio.

Persarū exercitus .x. millia equitū, peditū .c. millia, ut refert Diodorus.

Pugna ad Granicum flumen Alexandri cum præfectis Darij.

Magna itaq; cædes Persarum fuit. De exercitu Alexandri nouem pedites, centum uiginti equites ceciderе. Quos rex impense ad cæterorum solatia humatos, statuis equestribus donauit, cognatisq; eorum immunitates dedit. Post uictoriam maior pars Asiæ ad eum defecit. Gessit & plura bella cum præfectis Darii, quos iam non tam armis q̃ terrore nominis sui uicit. Dum hæc aguntur, interim indicio captiui ad eum defertur, insidias ei ab Alexandro Lyncistarum genero Antipatris, qui prępositus Macedoniæ erat, parari. Ob quam caussam timens, ne quis interfecto eo in Macedonia motus oriretur, in uinculis eum habuit. Post hæc Gordium urbem petit, quæ posita est inter Phrygiam maiorem & minorem. Cuius urbis potiundæ non tam propter prædam cupido eum cepit, sed quod audiuerat in ea urbe, in templo Iouis iugum plaustri Gordii positum, cuius nexum si quis soluisset, eum tota Asia regnaturum, antiqua oracula ceciniſſe. Huius rei caussa & origo illa fuit. Gordius cum in his regionibus bobus conductis araret, aues eum omnis generis circunuolare cœperunt. Profectus ad consulendos augures uicinę urbis, obuiam in porta habuit uirginem eximiæ pulchritudinis, percuncta tusq; eam, quem potissimum augurem consuleret, illa audita caussa consulendi, gnara artis ex disciplina parentum, regnum ei portendi respondit, pollicerturq; se & matrimonii & spei sociã. Tam pulchra cõditio

Gordium.

Gordij plaustrum.

Digressio de Gordij historia.

ditio prima regni fœlicitas uidebatur. Post nuptias, inter Phrygas orta seditio est. Cõsulentibus de fine discordiarum, oracula respõderunt, rege discordiis opus esse. Iterato quærentibus de persona regis, iubentur eum regem obseruare, quem reuersi, primũ in templum Iouis euntem plaustro reperissent. Obuius illis Gordius fuit, statimq; eum regem consalutant. Ille plaustrum, quo uehenti regnum delatum fuerat, in templo Iouis positum maiestati consecrauit regiæ. Post hunc filius Mida regnauit, qui ab Orpheo sacrorum solennibus initiatus, Phrygiam religionibus impleuit, quibus tutior omni uita q̃ armis fuit. Igitur Alexander capta urbe cum in templum Iouis ueniisset, iugum plaustri requisiuit, quo exhibito cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, uiolentius oraculo usus, gladio loramenta cædit, atque ita resolutis nexibus latentia in nodis capita inuenit. Hoc illi agenti nunciatur Darium cum ingenti exercitu aduentare. Itaq; timens angustias magna celeritate Taurum transcendit. In qua festinatione quingenta stadia cursus fecit, cum Tarsum ueniisset, captus Cydni fluminis amœnitate, per mediam urbem influentis, proiectis armis, plenus pulueris ac sudoris, in præfrigidam nudum undam se proiecit. Tum repente tantus neruos eius occupauit rigor, ut intercluſa uoce, nõ spes modo remedii, sed nec dilatio periculi interueniret.

Mida.

Redit ad historiam.

Darij aduentus.

Alexandri celeritas in occupandis Pylis, de quibus Q. Curtius.

Tarsus.

Cydnus.

Alexander incidit in grauẽ morbum.

Philippus Acarnan Alexandri medicus

Vnus erat ex medicis nomine Philippus, qui solus remedium polliceretur. Sed & ipsum Parmenionis pridie a Cappadocia missæ epistolæ suspectum faciebant, qui ignarus infirmitatis Alexandri, scripserat a Philippo medico ut caueret. Nam corruptum illum a Dario ingenti pecunia esse. Tutius tamen ratus dubiæ se fidei medici credere, q̃ indubitato morbo perire. Accepto igitur poculo epistolas medico tradidit, atq; ita inter bibendum oculos in uultum legentis intendit. Vt securum conspexit, lætior factus est, sanitatemq; quarta die recepit. Igitur Darius cum. ccc. millibus peditum &.c. millibus equitum in aciem procedit. Mouebat hæc multitudo hostium, respectu paucitatis suæ Alexandrum. Sed interdum reputabat, quantas res cum ista paucitate gessisset, quantosq; populos fudisset. Itaq; cum spes metum uinceret, periculosius differre bellum ratus, ne desperatio suis cresceret, circumuectus suos, singulas gentes diuersa oratione alloquitur, Illyrios & Thracas opum ac diuitiarum ostentatione, Græcos ueterum bellorum memoria, æterniq; cum Persis odii accendebat. Macedones autem, nunc Europæ uictæ admonet, nunc Asiæ expetitæ, nec inuentas illis toto orbe pares uires gloriatur. Cæterum & laborum finem hunc, & gloriæ cumulum fore. Atq; inter hæc identidem consistere aciem iubet, ut hac mora consuescant oculis turbam hostium sustinere, nec Darii segnis opera in ordinãda acie fuit. Quippe

Darij copiæ dissum.

Oratio Alexandri ad milites.

omissis

omissis ducum officiis, ipse omnia circũire, singu los hortari, ueteris gloriæ Persarum imperiiq; , per petuæ a Diis immortalibus datæ possessionis admo nere. Post hæc prælium ingentibus animis commit titur. In eo uterq; rex uulneratur. Tandiu certa men anceps fuit, quoad fugerat Darius. Exinde cæ des Persarum secuta est. Cæsa sunt peditum unum & lx. millia, equitum decem millia, capta quadra ginta millia. Ex Macedonibus cecidere pedestres. c. xxx. equites. cl. In castris Persarum multum auri cę terarumq; opum inuentũ. Inter captiuos castrorum, mater & uxor eademq; soror, & filiæ duæ Darii fuere. Ad quas uisendas hortandasq; cum Alexander ueniisset, con spectis armatis inuicem se complexæ, uelut statim morituræ, complorationem ediderunt. Pro uolutæ deinde genibus Alexandri, non mortem, sed ut Darii corpus sepeliant, dilatione mortis de precantur. Motus tanta mulierum pietate Alexander, & Darium uiuere dixit, & ti mentibus mortis metum dimisit, easq; ha beri, & salutari ut reginas præcepit. Filias quoq; non sordidius dignitate patris sperare matri monium iussit. Post hæc opes Darii, diuitiarumq; adparatum contemplatus, admiratione tantarum re rum capitur. Tunc primum luxuriosa conuiuia, & magnificentiam epularum sectari, tunc Barsenem captiuam diligere, propter formæ pulchritudinẽ,

Egregia Alexandri ad Issum, Ciliciæ urbem, uictoria.

Fuit in hac præda nihil seriniolo quodam precioſius, de cuius usu amicis consultantibus, imò hercle Alexãder inquit, librorum Homeri custodiæ detur.

Exemplum clementiæ & moderationis in Alexãdro. Obserua diligẽter quæ hic narrant Diodorus & Curtius.

Luxuriãt animi rebus plerunq; secundis.

cœpit, a qua postea susceptum puerum Herculẽ uo cauit, memor tamen adhuc Darium uiuere, Parme nionem ad occupandã Persicã classem, alioscꝫ ami cos, ad recipiendas Asiæ ciuitates, misit, quę statim, audita fama uictoriæ ipsius, Darii præfectis cum au ri magno pondere tradentibus se, in potestatem ui ctorum uenerunt. Tunc in Syriam proficiscitur, ubi obuios cum insulis multos reges oritis habuit. Ex his pro meritis singulorum, alios in societatem re cepit, aliis regnum ademit, suffectis in loca eorum nouis regibus. Insignis præter cæteros fu it Abdolominus rex ab Alexãdro Sidoniæ constitutus, quẽ Alexander (cũ operam ablocare ad puteos exhauriendos, hortosꝫ irrigandos solitus esset) misere uitam exhi bentem regem fecerat, spretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent. Tyri orum ciuitas cum coronã auream magni ponderis per legatos, in titulum gratulationis, Alexandro mi sisset, grate munere accepto, Tyrũ se ire uelle ad uo ta Herculi reddenda dixit, cum legati rectius id eum in Tyro uetere, & antiquiore templo facturum di cerent, inde deprecantes eius introitum, ita exarsit, ut urbi excidium minaretur, confestimꝫ exercitu in sulæ adplicato, non minus animosis Tyriis fiducia Carthaginensium bello excipitur. Augebat enim Tyriis animos Didonis exemplum, quæ Carthagi ne condita, tertiam partem orbis quæsisset, turpe

Quæ circa Hierosolymã gesserit Alexãder, refert Iosephus.

Abdolominus abiectæ et tenuis fortunæ homo rex constituitur, ὁ θεὸς δὴ ὡς ἔοικε πολλάκις χαίρει, ὃν μὲν μικροὺς, μεγάλους ποιῶν, ὃν δὲ μεγάλους μικρούς. *Xenoph.*

Iratus rex.

Tyrus obsidetur septẽmensibus.

ducentes

ducentes si fœminis suis plus animi fuisset in impe rio quęrendo, q̃ sibi in tuenda libertate. Amota igi tur imbelli ætate Carthaginem, & accersitis mox au xiliis, non magno post tempore per proditionem ca piuntur. Inde Rhodum Alexander, Aegyptum, Ciliciamq; sine certamine recepit. Ad Iouem dein de Ammonẽ pergit, consulturus & de euentu futuro rum, & de origine sua. Nanq; mater eius Olympias confessa uiro suo Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo, sed ex serpente ingentis magnitudinis conce pisse. Denicq; Philippus ultimo prope uitæ suæ tem pore, filiũ suũ non esse, palam prædicauerat, qua ex caussa Olympiada, uelut stupri cõpertã, repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiens originẽ diuini tatis acquirere, simul & matrẽ infamia liberare, per præmissos, subornat antistites, quid sibi responderi uelit. Ingredientẽ templum statim antistites, ut Ammonis filiũ salutant. Ille lætus Dei adoptiõe hoc se patre censeri iubet. Rogat deinde, an omnes inter fectores patris sui sit ultus, respondent patrem eius nec posse interfici, nec mori, regis Philippi peractã plene ultionem esse. Tertiam interrogationem po scenti, uictoriam omnium bellorũ, possessionemq; terrarum dari respondent. Comitibus quoq; suis re sponsum, ut Alexandrum pro Deo, non pro rege colerent. Hinc illi aucta insolentia, miruscq; animo increuit tumor, exempta comitate quã & Græcorũ literis & Macedonũ institutis didicerat. Reuersus ab

ἀμήχανον ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι, ἢν κ[ω]μείνας ἀπολάβωσι, Thucydides.

Alexãder ad Ammonẽ Iouem proficiscitur.

Alexãder Iouis filius adpellatus.

Vnde Alexãdro animus creuerit.

Alexandria conditur.

Ammone Alexandriam condidit, & coloniam Macedonum caput esse Aegypti iubet. Darius cum Babyloniam profugisset, per epistolas Alexandrum deprecatur, redimendarum sibi captiuarum potestatem faciat, incq; eam rem magnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander in precium captiuarum regnum omne, nõ pecuniam petit. Interiecto tempore aliæ epistolæ Darii Alexandro redduntur, quibus filiq; matrimonium & regni portio offertur. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit, iussitq; supplicem uenire & regni arbitria uictori permittere. Tum spe pacis amissa, bellum Darius reparat, quadringentis millibus peditum, & centum millibus equitum obuiam uadit Alexandro. In itinere nunciatur uxorem eius ex collisione abiecti partus decessisse, eiusq; mortem illachrymatum Alexandrũ, exequiasq; benigne prosecutum, idq; eum non amoris, sed humanitatis caussa feciss̃e. Nam semel eam tantum Alexãdro uisam esse, cum matrem, paruulasq; filias eius frequenter consolaretur. Tunc Darius se ratus uere uictum, cum post tot prælia, & beneficiis ab hoste superaretur, gratumq; sibi esse si uincere nequeat, quod a tali potissimum uinceretur. Scribit itaq; & tertias epistolas, & gratias agit. quod nihil in suos hostile fecerit. Offert deinde maiorem partem regni usq; ad flumen Euphratem, & alteram filiã uxorem, pro reliquis captiuis

Epistolæ Darij ad Alexandrũ, de quibus uide Curtium.

Secundus adparatus Darij, & militũ numerus.

Vxori nomẽ fuit Statyra.

Alexandri humanitas.

Tertiæ literæ Darij ad Alexandrũ, cũ cõsultaretur de his cõditionibus oblatis Parmenionẽ primũ dixisse aiunt, Ego si Alexander essem, susciperem quæ concedun tur. At Alexander rursus, Et ego inquit facerem, si essem Parmenio.

captiuis triginta millia talentorum. Ad hoc Alexander gratiarum actionem ab hoſte ſuperuacaneam eſſe reſpondit, nec a ſe quicquam factum in hoſtis adulatione, nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis ſibi lenocinia quæreret, ſed animi magnitudine, qua didicerit aduerſus uires hoſtium non aduerſus calamitates contendere. Polliceturq; ſe præſtaturum ea Dario, ſi ſecundus ſibi, non par haberi uelit. Cæterum neq; mundum poſſe duobus ſolibus regi, neq; orbem ſumma duo regna ſaluo ſtatu terrarum habere. Proinde aut deditionem eadem die, aut in poſteram aciem paret, & nec polliceatur ſibi aliam, q; ſit expertus uictoriam. Poſtera die aciem producunt. Cum repente ante prælium, confectum curis Alexandrum, ſomnus arripuit. Cum ad pugnam ſolus rex deeſſet, a Parmenione ægre excitatus, quærentibus ſomni cauſſas omnibus inter pericula, cum etiam in ocio ſemper partior fuerit, magno ſe metu liberatum ait, ſomnumq; ſibi a repentina ſecuritate datum, quod licet cum omnibus Darii copiis confligere, ueritum ſe longam belli moram ſi Perſæ exercitum diuiſiſſent, ante prælium utraq; acies hoſtibus ſpectaculo fuit. Macedones multitudinem hominum, corporum magnitudinem, armorumq; pulchritudinem mirabantur, Perſæ autem a tam paucis uicta ſuorum tot millia ſtupebant. Sed nec duces circunire ſuos ſingulos ceſſabant. Darius uix denis armatis ſingulos hoſtes, ſi diuiſio fieret,

Alexandri magnanimitas.

Solibus duobus mundum regi nõ poſſe.

Alexandri ſomnus.

Alexandri ad ſuos oratio.

euenire dicebat. Alexander Macedonas monebat, ne multitudine hoſtium, ne corporis magnitudine, uel coloris nouitate mouerentur, tantum meminiſſe iubet, cum iiſdem ſe tertio pugnare, nec meliores factos putarent fuga, cum in aciem ſecum tam triſtem memoriam cædium ſuarum, & tantum ſanguinis de duobus prælijs fuſi ferrent. Et quemadmodũ Dario maiorem turbam hominũ eſſe, ſic uirium ſibi. Hortatur ſpernãt illam aciem auro & argento fulgentem, in qua plus prædæ q̃ periculi ſit, cum uictoria non ornamentorum decore, ſed ferri uirtute quæratur. Poſt hæc prælium committitur. Macedones in ferrum cum contemptu toties a ſe uicti hoſtis ruebant. Contra Perſæ mori q̃ uinci præoptabant. Raro etiam ullo prælio tantum ſanguinis fuſum eſt. Darius cum uinci ſuos uideret, uoluit mori & ipſe. Sed a proximis fugere compulſus eſt. Suadentibus deinde quibuſdam, ut pons Cydni fluminis ad iter hoſtium impediendum includeretur, non ita ſaluti ſuæ uelle conſultum ait, ut tot millia ſociorum hoſtibus obiiciat, debere & aliis fugæ uiam patere, quæ patuerit ſibi. Alexander autem periculoſiſſima quæq; aggrediebatur, & ubi confertiſſimos hoſtes acerrime pugnare conſpexiſſet, eo ſe ſemper ingerebat, periculaq; ſua eſſe, non militũ uolebat. Hoc prælio Aſiæ imperium rapuit, quinto poſt acceptum regnum anno, cuius fœlicitas tanta fuit, ut poſt hoc nemo re

Acrẽ prælium Alexandri & Darij in Arbelis, ſeu, ut Plutarchus uult, Gaugamelis quod Cameli domum ſignificat.

Curtius Lycinõ Cydni pontẽ fuiſſe inquit quod magis placet.

Alexandri uirtus.

Tertia & ultima uictoria Alexandri de Dario.

bellare

bellare ausus sit, patienterq; Persæ post imperiũ tot annorum, iugum seruitutis acceperint. Donatis refectisq; militibus. xl. continuis diebus prædam re cognoscit. In urbe deinde clausa. xi. millia talentorũ inuenit. Expugnat & Persepolim, caput Persici regni, urbem multis annis illustrem, refertamq; orbis terrarum spoliis, quæ interitu eius primum apparuerũt. Inter hæc octingenti admodũ Græci occurrũt Alexandro, qui pœnã captiuitatis truncata parte corporum tulerant, rogantes, ut sicuti Græciã, se quoq; ab hostis crudelitate uindicaret. Data potestate redeundi, agros recipere maluerunt, ne non tam gaudium parẽtibus q̃ detestandum sui conspectũ reportarent. Interea Darius in gratiam uictoris, a cognatis suis aureis compedibus cathenisq; in uico Parthorum Tanea uincitur. Credo ita Diis immortalibus uindicantibus, ut in terra eorum, qui successuri imperio erant, Persarum regnum finiretur. Alexãder quoq; citato cursu postera die superuenit. Ibiq; cognouit Dariũ clauso uehiculo per noctẽ exportatũ. Iusso itaq; exercitu subsequi, cũ septẽ millibus equitum fugientem insequitur. In itinere multa & periculosa prælia fecit. Emensus deinde multa millia passuum, cum nullum Darii indicium reperisset, respirandi equis data potestate, unus ex militibus, dum ad fontẽ proximũ pergit, in uehiculo Darium, multis quidem uulneribus confossum, sed spirantem adhuc inuenit, qui applicito captiuo, cum ciuem ex

Præda ex Persis.

Persepolis capitur Metropolis Persarũ.

Curtius quatuor millia fuisse refert, quem uide.

Miserabile spectaculum.

Darius capitur à præfectis suis Besso & Nabarzane.

Exemplũ impietatis et crudelitatis.

Alexãder persequitur Darium fugientem in Bactra.

Polystratus Macedo Darium suorum telis cõfossum reperit.

uoce cognouiſſet, id ſaltem præſentis fortunæ ſolatium ſe habere dixit, quod apud intellecturum locuturus eſſet, nec incaſſum poſtremas uoces emiſſurus. Proferri hæc Alexandro iubet, ſe nullis in eum meritorum officiis, maximorum illi debitorem mori, quod in matre liberiſq; ſuis regium eius, non hoſtilem animum expertus, fœliciuſq; hoſtem q̃ cognatos ſortitus ſit. Quippe & matri, ac liberis ſuis ab eodem hoſte uitam datã, ſibi a cognatis ereptam, quibus & uitam & regna dederit. Quam ob rem gratiam illi eam futuram quã ipſe victor uolet. Alexandro referre ſe, quam ſolam moriens poteſt gratiam, precari ſuperum & inferum numina & regales Deos, ut illi terrarum omnium victori contingat imperium, pro ſe iuſtam magis quam grauem ſepulturæ ueniam orare. Quod ad ultionem pertineat iam non ſuam ſed exempli, communemq; omnium regum eſſe cauſſam, quam negligere illi & indecorum eſſe & periculoſum, Quippe cum in altero iuſtitiæ eius, in altero etiam utilitatis cauſſa uerſetur. In quã rem unicum pignus fidei regiæ, dextram ſe ferẽdam Alexandro dare. Poſt hæc porrecta manu expirauit. Quæ ubi Alexandro nunciata ſunt, uiſo corpore defuncti, tam indignam illo faſtigio mortẽ lachrymis proſecutus eſt. Corpuſq; regio more ſepeliri, & reliquias eius maiorum tumulis inferri iuſſit.

Mandata Darij iam morientis ad Alexandrum.

DARII MORS.

Finitur Perſarum imperiũ.

IVSTINI HISTORICI, LIBER DVODECIMVS.

QVARTA MONARchia Macedonũ seu Græcorũ cũ Alexandrinis et Ptolemæis, durauit annos .ccc.

ALexander in persequendo Dario, amissos militis magnis funerum impensis extulit, reliquis expeditionis eius sociis .xv. millia talentorum diuisit. Equorum maior pars æstu amissa inutilesq; etiam qui superfuerant facti. Pecunia omnis .c.liii. millia talentorum ex uictoria nuper congesta, eiq; Parmenio præficitur. Dum hæc aguntur, epistolæ Antipatris a Macedonia redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Græcia, Alexandri regis Epiri in Italia, bellum Zopyronis præfecti eius in Scythia continebatur. Quibus uarie affectus, plus tamen lætitiæ cognitis mortibus duorum æmulorum regum, q̃ doloris amissi cum Zopyrone exercitus suscepit. Namq; post profectionem Alexandri, Græcia ferme omnis in occasionem recuperandæ libertatis ad arma concurrerat, authoritatem Lacedæmoniorum secuta, qui Philippi, Alexandriq; pacem soli spreuerant, & leges respuerant. Dux huius belli Agis rex Lacedæmoniorum fuerat. Quem motum Antipater contractis militibus in ipso ortu oppressit. Magna tamen utrinq; cædes fuit. Agis rex cum suos terga dantes uideret, dimissis satellitibus, ut Alexandro, si fœlicitate, non uirtute inferior uideretur, tantas strages hostium edidit, ut agmina interdum fugaret. Ad extremum, & si a multitudine uictus, gloria tamen omnes uicit. Porro Alexander rex Epi

Motus et bella in Macedonia

Lacedæmoniorum aduersus Antipatrum bellum.

Egregium boni imperatoris exemplum Agis, de cuius militari robore Diodorus Siculus & Q. Curtius.

De Alexãdro Epiri rege.

ri in Italiam a Tarentinis auxilia aduersus Brutios deprecantibus solicitatus, ita cupide profectus fuerat, ut in diuisione orbis terrarũ, Alexandro Olympiadis sororis suæ filio oriens, & sibi occidens sorte contigisset, non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaq; q̃ ille in Asia, & Persis habiturus. Huc accedebat, ut sicut Alexandro magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic responsum Dodonæi Iouis urbem Pandosiam amnemq; Acheruſiium prædixerat. Quæ utraque cum in Epiro essent, ignarus eadem & in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula, peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur cum in Italiam ueniſſet, primum illi bellum cum Appulis fuit, quorum cognitio, urbis fato, breui post tempore, pacem & amicitiam cum rege eorum fecit. Erat nanque tunc temporis urbs Appulis Brundusium, quam, Aetoli secuti, fama rerum in Troia gestarum, clarissimum ac nobilissimum ducem Diomedem, cõdiderant. Sed pulsi ab Appulis consulentes oracula responsum acceperãt, locum quem reperissent perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa per legatos sub belli comminatione restituti sibi ab Appulis urbem postulauerant. Sed ubi Appulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe sepeliunt, perpetuo ibi sedem habituros. Atque ita defuncti responso, diu urbem possederunt. Quod cum fa

Oraculũ Dodonæi Iouis de fato Alexandri Epirotæ

Ferme fugiendo in media fatarutur.

Brundusium conditum ab Aetolis.

Βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης

Oraculum.

Fertur hic Alexander dixisse cum aduersus Italos pugnaret, se in uiros, Alexandrum magnum in fœminas, Persas nempe, incidisse

ctum

ctum cognouisset Alexander Epiri, antiquitatis fata ueneratus, bello Appulorũ abstinuit. Gessit & cum Brutiis Lucanisq; bellum, multasq; urbes cepit, tũ & cum Metapontinis & Rutulis & Romanis fœdus amicitiamq; fecit. Sed Brutii Lucaniq; cum auxilia a finitimis contraxissent, acrius bellũ repetiuere. Ibi rex iuxta urbem Pandosiam & flumen Achæron ta, nõ prius fatalis loci cognito nomine, q̃ occideret interficitur. Morienscq; non in patria fuisse sibi periculosam mortem, propter quã patriam fugerat, intellexit. Corpus eius Tyrii publice redemptũ, sepulturæ tradiderunt. Dum hæc aguntur in Italia, Zopyro quoq; præfectus Ponti ab Alexandro magno relictus, ociosum seratus, si nihil ipse gessisset, aduna to. xxx. millium militum exercitu, Scythis bellum intulit. Cæsus cum omnibus copiis, pœnas temere illati belli genti innoxiæ luit. Hæc cum nunciata in Parthiam Alexandro essent, simulato mœrore propter Alexandri cognationẽ, exercitui suo triduo luctum indixit. Omnibus deinde uelut Darii morte perpetrato bello, reditum in patriam expectantibus, coniuges & liberos suos animo iam quodammodo complectentibus ad contionem exercitum uocat. Ibi nihil actũ tot egregiis prælijs ait, si incolumis oriẽtalis barbaries relinquatur, nec se corpus sed regnũ Darii petisse, persequendosq; esse eos, qui a regno defecerint. Hac oratiõe, uelut ex integro incitatis militũ animis, Hyrcaniam Mardosq; subegit. Ibi ei occurrit

Eleganter hãc historiam describit Liuius lib. 8. ab urbe condita.

De Zopyrone occiso cum exercitu à Scythis.

Oratio Alexandri ad milites, qua in patriam profecturos retinet

Thaleſtris Amazonũ regina Alexandrum, ſobolis ex eo ſuſcipiendæ gratia, adijt.

Thaleſtris ſiue Minothæa Amazonum regina cum ccc. millibus mulieribus, uigintiquinq; dierum, inter infeſtiſſimas gentes, itinere confecto ex rege liberos quæſitura. Cuius conſpectus aduentuſq; admirationi fuit, & propter inſolitum fœminis habitum, & propter expetitum concubitum. Ob hoc tredecim diebus otio datis a rege, ut uiſa eſt uterum impleſſe, diſceſſit. Poſt hæc Alexander habitum regum Perſarum & diadema, inſolitũ antea in regibus Macedonicis, uelut in leges eorũ quos uicerat tranſiret, adſumit. Quæ ne inuidioſius & in ſe uno conſpicerentur, amicos quoq; ſuos longam ueſtem auream, purpureamq; ſumere iubet, ut luxum quoq; ſicuti cultum imitaretur Perſarum. Inter pellicum regiarum greges electę pulchritudinis, nobilitatiſq; noctium uices diuidit. His rebus ingentes epularũ adparatus adiicit, ne ieiuna & deſtructa luxuria uideretur. Conuiuium quoq; iuxta regiam magnificentiam ludis exornat, immemor prorſus, tantas opes amitti his moribus, non quęri ſolere. Inter hęc indignatio omnium totis caſtris erat, illum a Philippo patre tantum degenerauiſſe, ut etiam patriæ nomen euitaret, moreſq; Perſarum adſumeret, quos propter tales mores uicerat. Sed ne ſolus uitiis eorum, quos armis ſubegerat, ſuccubuiſſe uideretur, militibus quoq; ſuis permiſit, ſi quarum captiuarũ cõſuetudine tenerentur, ducere uxores, exiſtimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram, habentibus

Alexandri luxus in Perſis.

Secundæ res ſapientũ animos fatigant.

Pellices regiæ erant. CCC.LXV.

Noctium.

habentibus in castris imaginẽ quandã larium ac do-
mesticæ sedis, simul & laborẽ militiæ molliorẽ fore
dulcedine uxorũ. In supplementa quoq; militũ mi-
nus exhauriri posse Macedoniã, si ueterãis patribus
tyrones succederent, militaturi in uallo, in quo nati
essent, constantioresq; futuri, si non solũ tyrocinia
uerũ etiã incunabula in ipsis castris posuissent, quæ
consuetudo in successores quoq; Alexandri mansit.
Igitur & alimenta pueris statuta, & instrumenta ar-
morum, equorũ quoq; iuuenibus data, & patribus
pro numero filiorum prẽmia statuta. Si quorum pa
tres occidissent, nihilominus pupilli stipendia pa
trum trahebant, quorum pueritia inter uarias expe
ditiones militia erat. Itaq; a paruula ætate periculis
laboribusq; indurati, inuicti exercitus fuere, neq;
castra aliter q̃; patriam, neq; pugnam aliud unquã
q̃; uictoriã duxere. Hæc soboles nomen habuit epi
goni. Parthis deinde domitis prẽfectus his statuitur
ex nobilissimis Persarum Andragoras, unde postea
originem Parthorum reges habuerunt. Interea nõ
Alexander regio, sed hostili odio sæuire in suos cœ
pit. Maxime indignabatur carpi sermonibus suorũ,
patris Philippi patriæq; mores subuertisse. Propter
quæ crimina Parmenion quoq; senex, di-
gnitate regi proximus, cum Philota filio,
de utroq; prius quæstionibus habitis, in
terficiuntur. Fremere itaq; omnes uniuer
sis castris cœpere, innoxii senis filiiq; casum

Ἐπαγωγή.

*Andragoras à quo Partho rũ reges ori-
gine ducunt.*

*Alexãdri cru
delitas.*

*Parmenio annorũ. LXX. ur militiæ, domiq; clarus, necatur cum filio Philota, de cuius cæde Curtius ele-
ganter & copiose-*

miſerantes, interdum ſe quoq; non debere melius ſperare dicentes. Quæ cum nunciata Alexandro eſſent, uerens, ne hæc opinio etiam in Macedoniam diuulgaretur, & ne uictorię gloria, ſeuitiæ macula offuſcaretur, ſimulat ſe ex amicis quoſdam in patriã uictoriarum nuncios miſſurum. Hortatur milites ſuis ſcribere, rariorem habituros occaſionem propter militiam remotiorem. Datos faſces epiſtolarũ ad ſe tacite deferri iubet, ex quibus cognito de ſe ſingulorum iudicio, in unam cohortem, eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit, aut conſumpturus eos, aut in ultimis terris in colonias diſtributurus. Inde Dracas, Euergetas, Parimas, Paropamiſſadas, Hydaſpios, cęteroſq; populos, qui in radice Caucaſi morabantur, ſubegit. Interea unus ex amicis Darii Beſſus uinctus perducitur, qui regem non ſolum prodiderat, uerum etiam interfecerat. Quem in ultionem perfidiæ, excruciandum fratri Darii tradidit, reputans, non tam hoſtem ſuum fuiſſe Darium q̃ amicum eius, a quo eſſet occiſus. Et ut his terris nomen relinqueret, urbem Alexandriam ſuper amnem Tanaim condidit intra diem. xvii. muro. vi. millia paſſuum conſumato, translatis eo trium ciuitatum populis, quos Cyrus condiderat. In Bactrianis quoq; Sogdianiſq; xii. urbes condidit, diſtributis his quoſcunq; in exercitu ſeditioſos habebat. His ita geſtis ſolenni die amicos in

Arimaſpi Εὐεργέται dicti, quod Cyri exercitum frigore & fame grauiter adfectum tectis & commeatibus iuuerint.

Beſſus datur Oxatri Darij fratri, qui grauiſſimo cruciatu eum dilacerauit, Diſphendomena uocant. Plutar. in uita Alexan.

Alexãdria ad Tanaim conditur.

cos in contiuiũ uocat. Vbi orta inter ebrios rerum a Philippo gestarũ mentione, prę ferre se patri ipse rerumq; suarum magnitudinẽ extollere cœlo tenus cœpit, assentante maiorum conuiuarũ parte. Itaq; cum unus ex senibus, Clytus ductus fiducia amicitiæ regiæ, cuius palmam tenebat, memoriam Philippi tueretur, laudaretq; eius res gestas, adeo regem offendit, ut telo a satellite rapto eundẽ in conuiuio trucidauerit. Qua cæde exultãs mortuo patrociniũ Philippi laudemq; paternæ militię obiectabat. Postq; satiatus cæde animus quieuit, & in locũ iræ successit existimatio, modo personam occisi, modo causſam occidendi consyderans, pigere eum facti cœpit, paternas laudes tam iracunde accepisse se, q; nec conuitia debuisset, amicumq; senem & innoxium a se occisum inter epulas & pocula dolebat. Eodem igitur furore in pœnitentiam, quo pridem in iram, uersus, mori uoluit. Primum in fletus progressus amplecti mortuum, uulnera tractare, & quasi audienti confiteri dementiam, arreptum telum in se uertit peregisset q; facinus, ni amici interueniſſent. Manſit hæc uoluntas moriendi etiã sequentibus diebus. Accesserat enim ad pœnitentiã nutricis suæ & sororis Clyti recordatio, cuius absentis eum maxime pudebat, tam fœdam illi alimentorum suorũ mercedẽ redditam, ut in cuius manibus pueritiã egerat, huic iuuenis & uictor pro beneficiis funera remitteret. Reputabat deinde quantũ in exercitu suo, quantum

Insigne crudelitatis exẽplũ in Alexãdro, qui Clytũ, cuius uirtute in pugna ad Granicum seruatus erat, tam senem in conuiuio trãsfodit.

Impotens & immoderatus in Alexãdro animus.

Furor, iraq; mentem præciputant.

Thucydides. νομίζω δὲ τὸ ἐναντίωτατα δύο λίαν εἶναι, τάχος τε, καὶ ὀργήν.

apud gentes deuictas fabularum atq; inuidiæ, quantum apud cæteros amicos metum & odium sui fecerit, q̃ amarum & triste reddiderit conuiuium suum, non armatus in acie q̃ in conuiuio sedens terribilior. Tunc Parmenio & Philotas, tunc Amyntas consobrinus, tunc nouerca fratresq; interfecti, tunc Attalus, Eurylochus, Pausanias, aliiq; Macedoniæ extincti principes occurrebant. Ob hæc illi quatriduo perseuerata inedia est, donec exercitus uniuersi precibus exoratus est, precantis ne ita mortem unius doleat, ut uniuersos perdat, quos in ultimam deductos barbariam inter infestas & irritatas gentes bello destituat. Multum profuere & Calisthenis philosophi preces condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, & tunc ab ipso rege, ad prodenda memoriæ acta eius accitus. Reuocato igitur ad bellum animo, Chorasmos & Dracas in deditionem accepit. Deinde, quod primo ex Persico superbiæ regiæ more distulerat, ut omnia pariter inuidiosiora essent, non salutari sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes Calisthenes fuit. Quæ res & illi & multis principibus Macedonum exitio fuit. Siquidem sub specie insidiarum omnes interfecti. Retentus tamen est a Macedonibus mos salutandi regis, explosa adoratione.

Calisthenis et Anaxarchi Philosophorũ oratione hunc Alexandri mererem esse leuatum refert Plutarchus:

Ambitionis exemplum:

Hic Calisthenes cũ ab Alexandro in conuiuio Macedonum gesta cõmendare iuberetur, eorum uirtutem tanta eloquẽtia illustrauit atq; euexit, ut conuiuæ omnes magno applausu in eum coronas sparserint.

Post hęc Indiam petit, ut Oceano ultimoq; oriente finiret imperium. Cui gloriæ, ut etiam exercitus ornamenta conuenirent, phaleras equorum &

De rebus in India gestis.

arma

arma militum argento inducit, exercitumq; suum ab argenteis clypeis Argyraspidas adpellauit. Cum ad Nysam urbem ueniisset, oppidanis nō repugnantibus, fiducia religionis Liberi patris, a quo condita urbs erat, parci iussit, lætus non militiæ tantum, uerum etiam uestigia se Dei secutum. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum, naturalibus bonis, uite hederaq; uestiti, non aliter q̄ si manu cultus colentium industria exornatus esset. Sed exercitus eius, ubi ad montem accessit, repentino mentis impetu in sacros Dei ululatus instinctus, cum stupore regis sine noxa discurrit, ut intelligeret non tā oppidanis parcendo q̄ exercitui suo se consuluisse. Inde montes Dedalos, regnaq; Cleophidis reginæ petit, quę cum se dedisset, eius concubitu redemptū regnum ab Alexandro recepit, illecebris consecuta, quod armis non potuerat, filiumq; ab eo genitum Alexandrum nominauit, qui postea regno Indorū potitus est. Cleophis regina, propter prostratam pudicitiam, scortum regium exinde adpellata est ab Indis. Peragrata India cum ad saxum miræ magnitudinis & asperitatis, in quod multi populi confugerant, peruenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terræmotu prohibitum. Captus itaq; cupidine Herculis acta superare, cum summo labore ac periculo potitus saxo, eius omnes loci gentes in deditionem accipit. Vnus ex regibus Indorum fuit Porus nomine, uiribus corporis & animi magnitudine

Ἀργυράσπιδες.

Nysa à Libero patre condita.

Sacer mons.

Cleophis concubitu ab Alexādro regnū obtinuit.

Saxo nomen fuit Dorimu.

Egregia pugna Pori & Alexandri.

Ingens cla= des est edita ab Elephãtis Pori in hoc prælio.

dine pariter insignis, qui bellũ iam pridẽ audita Alexandri opinione, in aduentũ eius parabat. Commisso itaq; prælio exercitũ suum inuadere Macedonas iubet, sibi regẽ corũ priuatũ hostem deposcit. Nec Alexander moram pugnę fecit. Sed prima congressione uulnerato equo, cũ præceps in terram cecidisset, concursu satellitum seruatus est. Porus multis uulneribus obrutus capitur, qui uictũ se adeo doluit, ut cũ ueniam ab hoste inuenisset, neq; cibum sumere uoluerit, neq; uulnera curari passus sit, ægreq; sit ab eo obtentũ, ut uellet uiuere, quem Alexander ob honorem uirtutis incolumẽ in regnum remisit. Duas igitur urbes condidit, unã Nicæam, alterã ex nomine equi Bucephalẽ uocauit. Inde Adrestras, Strathenos, Passidas, Gangaritas, cæsis eorum exercitibus expugnat. Cũ ad Euphites ueniisset, ubi eum cum .cc. millibus hostiũ equitũ operiebantur, omnis exercitus non minus uictoriarum numero quã laboribus fessus, lachrymis eum deprecatur, ut finem tandem belli faceret, aliquando patriæ redituq; meminisset, respiceret militũ annos, quibus uix ætas ad reditum sufficeret, ostendere alius caniciem, alius uulnera, alius ætate consumpta corpora, alius cicatricibus exhausta. Solos se esse qui duorũ regum Philippi Alexandriq; continuam militiam pertulerint. Tandem orare, ut reliquias

Porum iam uictum cũ Alexander interrogasset, quid sibi ausus fuisset belli secum fortunam experiri, respondit, Quod neminẽ me fortiorem esse censebam. Rursus cum scisciteretur, quo modo se tractari uellet, pro regia inquit dignitate.

De Bucephalo Alexandri equo, Gelliũs lib. 5.

Gangaridarũ & Parrhasiorũ regẽ fuisse Aggrammen refert Curtius

Extat apud Curtiũ Alexandri ad milites oratio. Et rursus Pœni qui militũ nomine expeditionẽ, ad quã cõtra Gangaridas, rex eos ante fuerat hortatus, deprecatur.

quias saltem suas paternis sepulchris reddat, quorum non studiis deficitur, sed annis. Ac si non militibus, uel ipse sibi parcat, ne fortunam suam nimis onerando fatiget. Motus his tam iustis precibus, uelut in finem uictoriæ, castra solito magnificentiora fieri iussit, quorũ molitionibus & hostis terreretur, & posteris admiratio sui relinqueretur. Nullũ opus milites lætius fecere. Itaq; cæsis hostibus cum gratulatione in eadem reuerterunt. Inde Alexander ad amnem Acesinem pergit, per hunc ad Oceanum deuehitur. Ibi Gesonas Asyboscq;, quos Hercules condidit, in deditionem accepit, hinc ad Ambros & Sycambros nauigat, quæ gentes cum armatis lxxx. millibus peditum, & .lx. millibus equitum excipiunt. Cum prælio uictor esset, ad urbem eorum exercitũ ducit. Quam desertam a defensoribus, cũ de muro, quem primus ceperat, animaduertisset, in urbis planiciem sine ullo satellite desiliit. Itaq; cum eum hostes solum conspexissent, clamore edito undiq; concurrunt, si possint in uno capite orbis bella finire, & ultionem tot gentibus dare. Nec minus Alexander constanter restitit, & unus aduersus tot millia præliatur. Incredibile dictu est, ut eum non multitudo hostium, non magna telorum uis, non tantũ lacessentiũ clamor terruerit, solus tot millia cederet ac fugaret. Vbi uero se obrui multitudine uidit, trunco se, qui prope murum stabat, adplicuit, cuius auxilio tutus cũ diu agmen sustinuisset,

Constituuntur expeditionis Alexãdri næ monumẽta.

Acesines.

Hos Diodorus & Curtius Oxydracas & Mallos appellant.

Insignis Alexandri fortitudo, seu, si, ita libet, temeritas, ἀλλὰ οὐ σοφὸν γὰρ τοῦτό γε.

Eleganter & copiose hanc fabulã narrat Curtius.

Auxilio Alexandro uenerunt Peucestes, Timeus, Leonatus & Aristomus.

tandẽ cognito periculo eius amici ad eum desiliunt. Ex quibus multi cæsi, prælium q̃ tandiu anceps fuit, quoad omnis exercitus, muris deiectis, in auxiliũ ueniret. In eo prælio sagitta sub mamma traiectus, cum sanguinis fluxu deficeret, genu posito tandiu prælia tus est, donec eũ a quo uulneratus fuerat, occideret. Curatio uulneris grauior ipso uulnere fuit. Itaq̃ ex magna desperatione tandem saluti redditus, Poliperconta cum exercitu Babyloniam mittit. Ipse cũ lectissima manu naues conscendit, & Oceani litto ra peragrat. Cum uenisset ad urbem Ambigeri regis, oppidani, inuictum ferro audientes, sagittas ueneno armant. Atq̃ ita gemino mortis uulnere hostem a muris summouentes plurimos interficiunt. Cum inter multos letaliter uulneratus esset Ptolemęus, morituruſq̃ iam uideretur, per quietem regi monstrata in remedia ueneni herba est. Qua in potu accepta, statim periculo est liberatus, maiorq̃ pars exercitus hoc remedio seruata. Expugnata deinde urbe reuersus in naues Oceano libamenta dedit, prosperum in patriam reditum precatus, ac ueluti curru circa metam acto positis imperii terminis, qua sinus aut terrarũ solitudines prodire passæ sunt, aut mare nauigabile fuit, secundo æstu ostio flumi nis Indi inuehitur. Ibi in monumenta rerum a se gestarum urbem Barcem cõdidit, arasq̃ statuit relicto ex numero amicorum littoralibus Indis præfecto. Inde iter terrestre facturus, cum arida loca medii

Critobolus medicus, hoc uulnus curauit.

Obserua quæ hic de Dioxippo gladiatore refert Curtius.

Vrbi nomen fuit Harmata.

Meminerunt huius historiæ Strabo libro. 15. Curtius. 9. Diodorus in Alexand.

Barce conditur.

itineris

itineris dicerentur, puteos opportunis locis fieri prę cepit, quibus ingenti dulci aqua inuenta Babyloni am redit. Ibi multæ deuictæ gentes præfectos suos accusauerunt, quos sine respectu amicitiæ, Alexan der in conspectu legatorum necari iussit. Post hæc Darii regis filiam Statyram in matrimonium rece pit. Sed & optimatibus Macedonum lectas ex om nibus gentibus nobilissimas uirgines tradidit, ut communi facto crimen regis leuaretur. Tunc ad con tionem exercitum uocat, & promittit se æs alienum omnium propria impensa soluturum, ut prædam, præmiaq; integre domum ferant. Insignis hæc mu nificentia non summa tantum, uerum etiam titulo muneris fuit, nec a debitoribus magis q̃ a creditori bus gratius accepta, quoniam utrisq; exactio pari ter, ac solutio difficilis erat. Tria & uiginti millia talentorum in hos sumptus expensa. Dimissis uete ranis, exercitum ex iunioribus supplet. Sed retenti, ueteranorum discessum ægre ferentes, missionem & ipsi flagitabant, nec annos sed stipendia sua nume rari iubebant, pariter in militia lectos, pariter sacra mento solui ęquum censentes, nec iam precibus sed conuicio agebant, iubentes eum solum cum patre suo Hammone finire bella, ut milites suos fastidi at. Contra ille nunc castigare milites, nunc lenibus uerbis monere, ne glorioſam militiam seditionibus infuscarent. Ad postremum cum nihil proficeret uerbis, ad corripiendos seditionis authores e tribu

Ex his fuere Cleander, Sitalces, Agathon & Eracon &c.

Alexãder Statyram Darij filiam uxorem ducit.

Exemplum liberalitatis & munificentiæ.

Veterani dimittuntur.

Seditio militũ aduersus Alexandrũ pro missione.

nali in contionem armatam inermis ipſe deſiliit. Et nemine prohibente. xiii. correptos manu ſua ipſe ad ſupplicia duxit, tantam uel illis moriendi patientiam metus regis, uel huic exigendi ſupplicia conſtantiam diſciplina militaris dabat. Inde ſeparatim auxilia Perſarum in contionem alloquitur. Laudat perpetuam illorum tum in ſe, tum in priſtinos reges fidem. Sua in illos beneficia memorat, ut nunq̃ quaſi uictos, ſed ueluti uictoriæ ſocios habuerit. Deniq; ſe in illorum, non illos in gentis ſuæ morem tranſiſſe, affinitatibus connubiorum uictos, uictoribus commiſcuiſſe. Nunc quoq; ait cuſtodiam corporis ſui non Macedonibus tantum ſe, uerum etiam illis crediturum. Atq; ita mille ex his iuuenes in numerum ſatellitum legit, auxiliorũ quoq; portionem armatam in diſciplinam Macedonum exercitui ſuo miſcet. Quam rem ægre Macedones tulerunt, iactantes hoſtes ſuos in officium ſuum a rege ſubactos. Tunc uniuerſi flentes regem adeunt, & orant, ut ſuppliciis ſuis potius ſaturet ſe, q̃ contumeliis. Qua modeſtia obtinuerunt ut .xi. millia militum ueteranorum exauctoret. Sed ex amicis dimiſſi ſenes Polypercon, Clytos, Gorgias, Polydamas Antygonas. Dimiſſis his Craterus præponitur, iuſſus præeſſe Macedonibus in Antipatri locum, Antipatrumq; cum ſupplemento Tyronum in locum eius uocat. Stipendia reuertentibus, ueluti militantibus data. Cum hæc aguntur, unus ex amicis eius Ephæſtion

Alexandri audax facinus.

Oratio Alexandri ad Perſas milites.

Militum exauctoratio.

Ephęstion decedit dotibus primo formæ, pueritiæq; mox obsequiis regi percarus, quem contra decus regium Alexander diu luxit, tumulumq; ei duodecim millia talen torum fecit, eumq; post mortem coli, ut Deum iussit. Ab ultimis littoribus Oceani Babyloniam reuertenti nunciatur legatio nes Carthaginensium, cæterarumq; Afri cæ ciuitatum, sed & Hispaniarum, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ, nonnullas quoq; ex Italia eius aduentum Babylonię operiri. Adeo uniuersum terrarum orbẽ, nominis eius terror inuaserat, ut cunctæ gentes ue luti destinato sibi regi adularẽtur. Hac igitur ex caus sa Babyloniam festinanti, uelut conuentum terra rum orbis acturo, quidam ex magis prædixit, ne ur bem introiret, testatus hunc locum ei fatalem fore. Ob hoc omissa Babylonia in Byrsiam urbẽ trans Eu phratẽ desertã olim conscendit. Ibi ab Anaxarcho Phi losopho compulsus est rursum magorum prædicta contemnete, ut falsa, ut incerta, & si fatis constent ignota mortalibus, ac si naturæ debeantur immuta bilia. Reuersus igitur Babyloniã, multis diebus ocio deditis, intermissum olim conuiuium solenniter in stituit, totusq; in lætitiam fusus, cum diei noctem coniunxisset peruigilem, iam e cõuiuio Medius Thes salus instaurata commessatione, & ipsum, & soda les eius inuitat. Accepto poculo media potione repente ueluti telo Alexander confixus ingemuit,

Ephæstionis mors, hũc ita carum habuit Alexander ut cum Darij mater eum Alexander salutasset, di xerit rex, Non aberrasti mater. Nam & hic Alex ander est. κτημάτων γὰρ πάντων τιμιώτατον, ἀνὴρ φίλος συνετός τε καὶ ἔυνος.

Epiphonema.

Mago nomen fuit Belephãti

DE ALEXandri morte.

Medius.

Poculũ quod ebiberat Hercules uocabatur.

elatusq; e conuiuio semianimis tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret, tactumq; hominum uelut uulnera indolescceret. Amici causſam morbi, intemperiem ebrietatis disſeminauerunt. Re autem uera insidiæ fuerunt, quarum infamiã successorum potentia oppressit. Author insidiarum Antipater fuit, qui cum carissimos amicos eius interfectos uideret, Alexandrum generum suum Lyncestẽ occisum, se magnis rebus in Græcia gestis, non tam gratũ apud regem, q̃ inuidiosum esse, a matre quoq; eius Olympiade uariis se criminationibus uexatum. Huc accedebant ante paucos dies supplicia in præfectos deuictarum nationũ crudeliter habita. Ex quibus rebus se quoq; a Macedonia non ad societatem militiæ, sed ad pœnam euocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandum regem Cassandrum filium dato ueneno subornat, qui cum fratribus Philippo, & Iolla ministrare regi solebat, cuius ueneni tanta uis fuit, ut non ære, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in ungula equi potuerit, præmonito filio ne aliis, q̃ Thessalo, & fratribus crederet. Hac igitur ex causſa apud Thessalum paratum, repetitumq; conuiuium est. Philippus & Iollas prægustare potum regis soliti in aqua frigida uenenũ habuerunt, quã prægustatã iam potioni supermiserunt. Quarto die Alexander indubitatam mortem sentiens, agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait. Nam

Antipater insidiarum auctor.

Veneni uis.

Fuit Alexandri mater Olympias filia Neoptolemi regis Molossorũ, qui genus à Pyrrho Neoptolemo Achillis filio duxit.

Nam pleroſq; Aeacidarum inter trigeſimū annum defunctos: Tumultuantes deinde milites inſidiis perire regem ſuſpicantes ipſe ſedauit, eoſq; omnes, cum prolatus in æditiſſimum urbis locum eſſet, ad conſpectum ſuum admiſit, oſculandamq; dexteram ſuam flentibus porrexit. Cum lachrymarent omnes, ipſe non ſine lachrymis tantum, uerum etiam ſine ullo triſtioris mentis argumento fuit, ut quoſdam impatientius dolentes conſolatus ſit. Quibuſdam mandata ad parentes eorum dedit, adeo, ſicut in hoſtem, ita & in mortem inuictus animus fuit. Dimiſſis militibus, amicos circunſtantes percunctatur, uideantur ne ſimilem ſibi reperturi regem? tacentibus cunctis, tunc ipſe ut hoc neſciat, ita illud ſcire, uaticinariq; ſe, ac pene oculis uidere dixit, quantum ſit in hoc certamine ſanguinis fuſura Macedonia, quantiſq; cædibus, quo cruore, mortuo ſibi parentatura. Ad poſtremum corpus ſuum Ammonis templo condi iubet. Cum deficere eum amici uiderent, quęrunt quem imperii faciat hæredem, reſpondit digniſſimum. Tanta illi magnitudo animi fuit, ut cū Herculem filium, cum fratrem Arideum, & cum Roxanem uxorem pregnantē relinqueret, oblitus neceſſitudinū, digniſſimum nuncuparet hæredem. Prorſus quaſi nefas eſſet uiro forti alium q̄ uirum fortem ſuccedere, aut tanti regni opes aliis, q̄ probatis relinqui: Hac uoce ueluti bellicū inter amicos ceciniſſet, aut malum diſcordiæ miſiſſet, ita oēs in æmulationē

Exemplum cō ſtantiæ.

Quem hæredem inſtituerit Alexāder

Epiphonema.

Fuit Roxane Cohortani præfecti cuiuſdam filia.

consurgunt, & ambitione uulgi tacitum fauorem militum quærunt. Sexto die prædusa uoce exemptum digito annulum Perdicæ tradidit, quæres gliscẽtem amicorum dissensionẽ sedauit. Nam & si non uoce nuncupatus hæres, iudicio tamen electus esse uidebatur. Decessit Alexander mense uno, annos tres & xxx. natus, uir supra humanam potentiam magnitudine animi præditus. Qua nocte eum mater Olympias concepit, uisa per quietem est cũ ingenti serpente uolutari, Nec Dei decepta somnio est. Nã profecto maius humana mortalitate opus utero tulit, quã cum Aeacidarũ gens ab ultima sæculorũ memoria, & regnum patris, fratris, mariti, ac deinceps maiorũ omnium illustrauerit, nullius tamen nomine q̃ filii clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in ipso ortu nonnulla apparuerunt. Nam ea die qua natus est, duæ aquilæ tota die præpetes supra culmen domus patris eius sederunt, omen duplicis imperii Europæ, Asiæq̃ præferentes, eademq̃ die nuncium pater eius duarum uictoriarum accepit, alterius belli Illyrici, alterius certaminis Olympiaci, in quod, quadrigarum currus miserat, quod omen uniuersarum terrarum uictorias infanti portendebat. Puer acerrimus literarum studiis eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquennium sub Aristotele doctore inclyto omnium philosophorũ creuit. Accepto deinde imperio regẽ se terrarum oĩm, ac mundi appellari iussit,

Perdicæ annulũ tradit Alexander.

Alexandri ætas. xxxiij. regnauit annis 12. mẽsibus 6.

Aristoteles Alexãdri præceptor.

Vsus est Alexãder præceptoribus quoq; Leonida et Lysimacho, qui se Phenicem, Alexandrũ Achillem, Philippum uero Peleum appellare solebat.

iussit. Tantamq; fiduciam suis militibus fecit, ut illo prę sente, nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaq; cum nullo hostium unq̃ congressus est, quem non uicerit. Nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit. Nullam gentem adiit, quã non calcauerit. Victus denicq; est ad postremum, non uirtute hostili, sed insidiis suorum & fraude ciuili.

LIBER XIII.

EXtincto in ipso ętatis, ac uictoriarũ flore Alexandro Magno, triste apud oẽs, totamq; Babyloniã silentiũ fuit. Sed nec deuictę gentes fidẽ in nuncio habuere, quod ut inuictũ regem, sic immortalẽ eum crediderãt, recordantes, quoties prę senti morti ereptus esset, q̃ sæpe ferro amisso repente se non sospitem tantum suis, uerum etiam uictorem obtulisset. Vt uero mortis eius fides affuit, omnes barbaræ gentes paulo ante ab eo deuictæ, non ut hostem eum, sed ut parentẽ luxerunt. Mater quoq; Darii regis (quã amisso filio, a fastigio tantæ maiestatis in captiuitatem redactam, indulgentia uictoris in eam diem uitæ nõ pœnituerat) audita morte Alexandri, mortẽ sibi ipsa consciuit, non quod hostem filio præferret, sed quod pietatem filii in eo, quẽ hostẽ timuerat, experta esset. Contra Macedones uersa uice nõ ut ciuẽ ac tantæ maiestatis regem, uerũ ut hostẽ amississent, gaudebant, seueritatẽ nimiam, & assidua belli pericula execrantes. Huc accedebat, quod principes regnũ,

Luctus propter Alexandrum.

Syfigambis mater Darij.

& imperia, uulgus militum, thesauros, & grande pondus auri uelut inopinatam prædam spectabant, illi successionem regni, hi opum, ac diuitiarum hęreditatem cogitantes. Erant enim in thesauris. c. millia talentorum, in annuo uectigali tributo. ccc. millia. Sed nec amici Alexandri frustra regnum expectabant. Nam eius uirtutis erant, ac uenerationis, ut singulos reges putares. Quippe ea formę pulchritudo, & proceritas cõporis, & uirium, ac sapientiæ magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, nõ ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos iudicaret. Necꝫ enim unquam antea Macedonia, uel ulla gens alia, tam clarorum uirorum prouentu floruit, quos primum Philippus, mox Alexander tanta cura legerat, ut non tam ad societatem belli, cꝫ in successionem regni electi uiderentur. Quis igitur miretur talibus ministris orbem terrarum uictum, cum exercitus Macedonum a tot, non ducibus, sed regibus regeretur, qui nunquam sibi reperissent pares, si non inter se concurrissent, multoscꝫ Macedonia pro uno Alexandro habuisset, ni si fortuna eos ex æmulatione uirtutis in perniciem mutuam armasset? Cæterum occiso Alexandro, non ut læti, ita & securi fuere, omnibus in unum locum competentibus, nec minus milites inter se timebant, quorum & libertas solutior, & fauor incertus erat. Inter ipsos uero æqualitas discordiam augebat, nemine tantum cęteros excedente, ut ei aliquis

Thesaurus Alexãdri.

Alexãdri amici quales.

ἐπιφώνημα

summitte-

summitteretur. Armati itaq; in regia coeunt ad formandum rerum præsentium statũ. Perdica censet Roxanis expectari partũ, quæ exacto mense octauo matura iam ex Alexandro erat, & si puerũ peperisset, hunc dari successorem patri. Meleager negat differenda in partus dubios consilia, nec esse expectandum, dum reges sibi nascerentur, cum iam genitis uti liceret, seu, si puer illis placeat, esse Pergami filium Alexandri, natum ex Arsine, nomine Herculem, seu mallent iuuenem esse, in castris fratrẽ Alexandri Arideum comitem, & cunctis non suo tantum, uerum patris Philippi nomine acceptissimum. Cæterum Roxanem esse originis Persicæ, nec esse fas, ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleuerint, reges constituantur, quod nec ipsum Alexandrum uoluisse dicit. Denicq; morientem nullam de eo mentionem feciſſe. Ptolemęus recusat regem Arideum, nõ propter maternas modo sordes, quod ex Lariſſęo scorto nascereturſed etiã propter inualitudinem maiorem quã patiebatur, ne ille nomen regis, alius imperium teneret, & melius etiam ex his legi, qui pro uirtute regi suo proximi fuerint, qui prouincias regant, quibus bella mandentur, ęq; sub persona regis indignorum subiiciantur imperio. Vicit Perdicę sententia ex consensu uniuersorum. Placuit itaq; Roxanis expectari partum, & si puer natus fuisset tutores Leonatum, & Perdiccam, Crateron, & Antipatrũ cõstituunt, cõfestimq;

Consultatio principũ, de eligẽdo rege. Perdicæ sententia. Meleagri sententia.

Hercules Alexandri filius. Arideus frater Alexãdri.

Ptolemæi sententia.

In Perdicæ sententiã itũ est pedibus à principibus.

Hũc Craterũ Alexãder Φιλοβασιλέα, Hephæstionẽ autẽ Φιλαλέξανδρον adpellare solebat.

in tutorum obsequia iurant. Cũ equites quoq; idẽ fecissent, pedites indignati, nullas sibi consiliorum partes relictas, Arideum Alexandri fratrem regem adpellant, satelliteſq; illi ex tribu sua legunt, & nomine Philippi patris uocari iubent, quæ cũ nuncia ta equitibus essent, legatos ad mitigandum eorũ animos, duos ex proceribus Attalum, & Meleagrum mittunt, qui potentiam ex uulgi adulatione quærentes, omissa legatione, militibus consentiunt. Statim & seditio creuit, ubi caput & consilium habere cœpit. Tunc ad delendum equitatum, cuncti armati in regiam irrumpunt, quo cognito, equites trepidi ab urbe discedunt, castriſq; positis, & ipsi pedites terreri cœperunt. Sed nec procerum inter se odia cessabant. Attalus ad interficiendum Perdicam ducem, alterius partis mittit, ad quem armatum & ultro prouocantem, cum accedere percussores ausi non fuissent, tanta constantia Perdicæ fuit, ut ultro ad pedites ueniret, & in contionem euocatos edoceret, quod facinus molirentur, respicerent, contra quos arma sumpsissent, non illos Persas, sed Macedones, non hostes, sed ciues esse, pleroſq; etiam cognatos eorum, certe & commilitones eorundem castrorum & periculorum socios, edituros deinde egregium hostibus suis spectaculum, ut quorum armis uictos se doleant, eorum mutuis cædibus gaudeant, parentaturoſq; sanguine suo manibus hostium a se interfectorum. Hæc cum pro singulari facundia

Aridæũ pedites regẽ constituunt.

γνώμην.

Seditio inter equites et pedites Macedonicos.

Perdicæ constantia, & oratio ad pedites.

cundia sua Perdica peroraſſet, adeo mouit pedites, ut probato consilio eius, dux ab omnibus legeretur. Tum etiam equites, in concordiam reuocati in Arideum regem consentiunt. Seruata est portio regni Alexandri filio, si natus esset. Hoc agebãt, posito in medio, corpore Alexandri, ut maiestas eius testis decretorum esset. His itaq; compositis Macedoniæ et Græciæ Antipater præponitur. Regiæ pecuniæ custodia Cratero traditur. Castrorũ exercitus, & rerũ cura Meleagro & Perdicæ adsignatur, iubeturq; Arideus corpus Alexandri, in Ammonis templũ deducere. Tunc Perdica infensus seditionis authoribus, repente, ignaro collega, lustrationem castrorum propter mortem regis in posterum edicit. Postea q; armatum exercitũ in campo constituit, consentientibus uniuersis, euocatos duntaxat de singulis manipulis seditiosos supplicio tradi occulte iubet. Reuersus deinde, inter principes prouincias diuisit, simul ut remoueret æmulos, & munus imperii, beneficii sui faceret. Primo Ptolemæo Aegyptus, & Africæ, Arabiæq; pars sorte uenit, quem ex gregario milite Alexander uirtutis causſa prouexerat, cui ad tradendã prouinciã Cleomenes, qui Alexandriã ędificauerat, datur. Confinẽ huic prouincię Syriã Laomedon Mitylenęus, Ciliciã Philotas cũ filio, & Illyrios recipiũt. Mediæ maiori Acropatos, minori Alceta frater Perdicę pręponitur. Susiana gens Syno, Phrygia maior Antigono Philippi filio assignat,

Constituitur cõmuni consensu rex Arideus.

Exercitus lustratio.

Diuisio imperij inter principes Alexandri.

Lyciam & Pamphiliam Learchus, Cariam Caſſan der, Lydiam Menander ſortiuntur. Leonato mi/ nor Phrygia euenit. Thracia & regiones pontici ma ris Lyſimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eu meni datur. Summus caſtrorum tribunatus Seleu co Antiochi filio ceſſit. Stipatoribus regis, ſatelliti buſq; Caſſander filius Antipatri præficitur. In Ba ctriana ulteriore, & Indi regionibus priores præfe cti detenti. Sed res inter amnes duos Hydaſpem, & Indum Taxilles habebat. In colonias in Indis con ditas Phyton Agenoris filius mittitur. Parapame nos fines Caucaſi montis Axiarches accepit. Dracas & Argæos Statanor, Bactrianos Amyntas ſortitur. Sogdianos Scythæus. Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanos, Phratafarnes Armenios, Neoptolemus Perſas, Peuceſtes Babylonios, Arthous Pelaſgos, Archeſilaus Meſopotamiam adepti ſunt. Hæc diui ſio, cum ueluti fatale munus ſingulis contigiſſet, ita magna incrementorum materia plurimis fuit. Siqui dem non magno poſt tempore quaſi regna, nõ præ fecturas diuiſiſſent, ſic reges ex præfectis facti, ma gnas opes non ſibi tantum parauerunt, uerum & po ſteris reliquerunt. Cum hæc in oriente aguntur, in

RES GRAECORVM.

Græcia Athenienſes, & Aetoli bellum, quod iam uiuo Alexandro mouerant, ſummis uiribus inſtru ebant. Cauſſæ belli erant, quod reuerſus ab India Alexander, epiſtolas in Græciam ſcripſerat, quibus omnium ciuitatum exules, præter cædis damnatos reſti

Belli cauſſa.

restituebantur, quæ recitatę, prędente uniuersa Grę cia in mercatu olympiaco magnos motus fecerant, quod plurimi non legibus pulsi patria, sed per fa ctionem principum fuerant, uerentibus iisdem prin cipibus, ne reuocati potentiores in Republica fie rent. Palam igitur iam tunc multæ ciuitates liberta tem bello uendicandam fremebant. Principes tamẽ omnium Athenienses, & Aetoli fuere. Quod cũ nunciatum esset Alexãdro mille naues longas sociis imperari præceperat, quibus in occidente bellum gereret, excursuruscꝫ cum ualida manu fuerat ad Athenas delendas. Igitur Athenienses contracto xxx. millium militum exercitu, &. cc. nauibus, bel lum cum Antipatro, cui Græcia sorte euenerat, ge runt, eumcꝫ detrectantem prędium, & Heracleæ ur bis mœnibus tuentem se obsidione cinxerunt. Eodẽ tempore Demosthenes Athenienſis orator pulsus patria ob crimen accepti ab Harpalo auri, qui crudelitatẽ Alexandri fugerat, q̃d ciuitatẽ in eiusdem Alexandri bellũ impelle ret, forte Megaris exulabat, qui cũ missum ab Athenienſibus Hyperidem legatum co gnouit, qui Peloponnenses in societatem armorum sollicitaret, secutus eum Sycio- na, Argos, & Corynthum, cæterascꝫ ciui tates eloquentia sua Athenienſibus iunxit. Ob quod factum, missa ab Athenienſibus obuiam na ui ab exilio reuocatur. Interim in obsidione An-

Bellum Athe nienſium cũ Antipatro.

Demosthenes cũ prius acer rime Harpali cauſſam op= pugnasset, quàm .xx. ab eo accepisset talenta, alte ra die qua rursus agendum ea de re erat, lana collo cir cumuoluto, συνάγχω se pati fingebat. Tum è po= pulo exclamasse unum fe= runt, non συνάγχω, sed ἀργυράγχω esse.

Reuocatur ab exilio De= mosthenes, uide Plutar.

tipatri Leosthenes dux Athenienſium teſo e muris in tranſeuntem iacto occiditur. Quæ res tantum animorum Antipatro dedit, ut etiam uallum reſcindere auderet. Auxilium deinde a Leonato petit per legatos. Qui cum uenire nunciaretur cum exercitu, obuii ei Athenienſes cum inſtructis copiis fuere, ibiq; equeſtri prælio graui uulnere ictus, extinguitur. Antipater tam etſi auxilia ſua uideret deuicta; morte tamen Leonati lætatus eſt. Quippe & æmulum ſublatum, & uires eius acceſſiſſe ſibi gratulabatur. Statim igitur exercitu eius recepto cum par hoſtibus etiam prælio uideretur, ſolutus obſidione in Macedoniam conceſſit. Græcorum quoq; copiæ, a finibus Græciæ hoſte pulſo, in urbes dilapſæ ſunt.

Leonatus ab Athenienſib. occiditur. Pugnatũ eſt in Cranone duce Phocione, Plutar. in uita eiuſdem.

De Perdica.

Interea Perdica bello innoxio Ariarathi regi Cappadocum illato, prælioq; uictor, nihil præmii præter uulnera, & pericula retulit. Quippe hoſtes ab acie in urbem recepti, occiſis coniugibus, & liberis, domos quiſq; ſuas cum omnibus copiis incenderunt. Eodem congeſtis etiam opibus, & ſemetipſos præcipitant, ut nihil hoſtis uictor ſuarum rerum præter incendii ſpectaculo frueretur. Inde, ut uiribus authoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatræ ſororis Alexandri Magni, & alterius Alexandri quondã uxoris, non adſpernante Olympiade matre eius intendit. Sed prius Antipatrum ſub affinitatis obtentu capere cupiebat. Itaq; fingit ſe in matrimoniũ filiam eius petere, quo facilius ab eo ſupplementum

Exemplũ miſerabilis exitus Cappadoces.

Perdicæ ſimulatio.

tyronum

tyronum ex Macedonia obtineret. Quem dolũ præ sentiente Antipatro, dum duas eodem tẽpore uxo res quærit, neutram obtinuit. Post hæc bellũ inter Antigonum, & Perdicam oritur. Antigono Crate rus, & Antipater auxiliũ ferebant, qui facta cũ Athe niensibus pace Poliperconta Græciæ, & Macedonię præponunt. Perdica alienatis rebus Arideũ & Ale xandri Magni filium in Cappadociã, quorum cura illi mandata fuerat, de summa belli in consiliũ adhi bet. Quibusdã placebat bellũ in Macedoniã trans ferri ad ipsum fontẽ, & caput regni, ubi & Olympi as esset mater Alexandri, non mediocre momentũ partium, & ciuium fauor propter Alexandri, Phi lippiq; nomina. Sed in rem uisum est ab Aegypto in cipere, ne in Macedoniam profectis, Asia a Ptole mæo occuparetur. Eumeni præter prouincias, quas acceperat, Paphlagonia, & Caria, & Lycia & Phry gia adiiciuntur. Ibi Craterũ, & Antipatrũ operiri, iubetur. Adiutores ei dantur cũ exercitibus suis fra ter Perdicæ Alcetas, & Neoptolemus. Clyto cura classis traditur. Cilicia Philotæ adempta Philoxeno datur. Ipse Perdica Aegyptũ cũ ingenti exercitu pe tit. Sic Macedonia in duas partes discurrentibus du cibus in sua uiscera armatur, ferrũq; ab hostili bello in ciuilẽ sanguinẽ uertit, exemplo furentiũ, manus ac membra sua, ipsa cæsura. Sed Ptolemæus in Aegy pto solerti industria magnas opes parabat. Quippe & Aegyptios insigni moderatione in fauorem sui

Bellum inter Antigonũ & Perdicam.

Cõsultatio de bello.

PRINCIPVM *Alexãdri inter se bella.*

Ptolemæi Lagi opes et moderatio.

sollicitauerat, & reges finitimos beneficiis, obse-
quiisq; deuinxerat. Terminos quoq; imperii ad-
quisita Cyrene urbe ampliauerat, factusq; iam tan
tus erat, ut non tam timeret hostes, q̃; timendus ipse
hostibus esset. Cyrene autem condita fuit ab Ari
stæo, cui nomen Battos propter linguæ obligationẽ
fuit. Huius pater Cyrenus rex Theræ insulæ, cum
ad oraculum Delphos, propter dedecus adulescen
tis filii nondum loquentis, deum deprecaturus ue-
nisset, responsum accepit, quo iubebatur filius eius
Battus Africam petere, & urbem Cyrenem condẽ
re, usum linguæ ibi accepturus. Cum responsum lu
dibrio simile uideretur, propter similitudinẽ The
rameni insulæ, ex qua coloni ad urbem condendã
in Africam tam longinquæ regionis proficisci iube
bantur, res omissa est. Interiecto deinde tempore
uelut cõtumaces, ex pestilentia Deo parere compel
luntur, quorum tam insignis paucitas fuit, ut uix
unam nauem complerent. Cum uenissent in Afri-
cam, pulsis accolis, montem Cyram, & propter
amœnitatem loci, & propter fontis ubertatem occu
pauere. Ibi Battus dux eorum, linguę nodis solutis,
loqui primum cœpit, quæres animos eorum, ex
promissis Dei iam parte percepta, in reliquã spem
condendæ urbis accendit. Positis igitur castris opi
nionem ueteris fabulæ accipiunt, Cyrenem eximiæ
pulchritudinis uirginẽ a Thessaliæ monte Pelio ab
Apolline raptam, perlatamq; in eiusdem montis
iugã,

Cyrene, à quo condita.

Refert idem paulo diuer-sius Herodo-tus in Melpo mene, Strabo lib. 17.

Λίβυες δὲν Βασιλέα Βάττον καλέσι.

Cyrenes fa-bula.

iuga, cuius collem occupauerant, a Deo repletam quatuor pueros peperisse, Nomium, Aristæum, Eutocum, Agæū, missos a patre Hypseo rege Thessaliæ, qui perquirerent uirginem, loci amœnitate captos, in iisdem terris cum uirgine resedisse. Ex his pueris tres adultos in Thessaliam reuersos auita regna cœpisse. Aristæum in Arcadia late regnasse, eumq; primum, & apum, & mellis usum, & lactis, & coaguli hominibus, tradidisse, solsticialisq; ortus, & syderum, primum inuenisse. Quibus auditis Battus, uirginis nomine ex responsis agnito, urbem Cyrenem condidit. Igitur Ptolemæus huius urbis auctus uiribus, bellum in aduentum Perdicæ parabat. Sed Perdicæ plus odium arrogantiæ, q̃ uires hostium nocebant, quem exosi etiam socii ad Antipatrum gregatim confugiebant. Neoptolemus in auxilium Eumeni relictus, non solum transfugere, uerum etiam prodere partium exercitum uoluit, quam rem cum præsensisset Eumenes cũ proditore decernere prælio necesse habuit, uictusq; Neoptolemus ad Antipatrum, & Poliperconta profugit, hisq; persuadet, ut continuatis mansionibus, læto ex uictoria & securo, fuga sua Eumeni superueniant. Sed res Eumenem non latuit. Itaq; insidiæ in insidiatores uersæ, & qui securum aggressuros se putabant, securis itinere, & per uigilia noctis fatigatis occursum est. In eo prælio Polipercon occiditur. Neoptolemus quoque cum Eumene con-

Aristæi inuẽta

Redit ad historiam.

Arrogantia.

Neoptolemi perfidia.

Craterum nõ Poliperconta appellat Plutarchus.

ἢ ὑ κακὴ ἐξ ἀλὴ θῦ ἐξαλ εὐσαν κα κίση.

Plutarchus in uita Eumenis.

greſſus diu mutuis uulneribus acceptis colluctatus eſt, & in ſumma uictus occumbit. Victor igitur duobus præliis continuis Eumenes afflictas partes tranſactione ſociorum paululum ſuſtentauit. Ad poſtremum tamen Perdica occiſo, ab exercitu hoſtis cum Phytone & Illyrio, & Alceta fratre Perdicę rex adpellatur, bellumqꝫ aduerſus eos Antigono decernitur.

Perdicas in Aegypto per ſeditionem occidutur.

LIBER XIIII.

EVmenes, ut Perdicam occiſum, ſe ut hoſtem a Macedonibus iudicatum, bellumque Antigono decretum cognouit, ultro ea militibus ſuis indicauit, ne fama, autrem in maius extolleret, aut militum animos rerum nouitate terreret, ſimul ut, an contra ſe animati eſſent, cognoſceret, ſumpturus conſilium ex motu uniuerſorum. Conſtanter tamen præfatus eſt, ſi cui hæc terrori eſſent, habere eum diſcedendi poteſtatem. Qua uoce adeo cunctos in ſtudium partium ſuarum induxit, ut ultro illum omnes hortarentur, reſciſſuroſqꝫ ſe ferro decreta Macedonum affirmarent. Tunc exercitu in Aetoliam promoto, pecunias ciuitatibus imperat, recuſantes dare, hoſtiliter diripit. Inde Sardis profectus eſt ad Cleopatram ſororem Alexandri Magni, ut eius uoce centuriones, principaleſqꝫ cõfirmarentur, exiſtimaturus ibi maieſtatem regiam uerti, unde ſoror Alexandri ſtaret. Tanta ueneratio magnitudinis Alexandri erat, ut etiã per ueſtigia mulierũ fauor ſacrati eius nominis

Bellum Antigoni regis Aſiæ primi aduerſus Eumenem.

Epiphonema.

nominis quęreretur. Cum reuerſus in caſtra eſſet, epiſtolæ, totis caſtris abiectæ inueniuntur, quibus, iis qui Eumenis caput ad Antigonum detuliſſent, magna pręmia diffiniebantur. Iis cognitis Eumenes, uocatis ad contionem militibus, primo gratias agit, ꝙ nemo inuentus ſit, qui ſpem cruenti pręmii, fidei ſacramento anteponeret, tamen deinde callide ſubnectit confictas a ſe has epiſtolas ad experiendos ſuorũ animos eſſe. Cæterũ ſalutem ſuam in oĩm poteſtate eſſe, nec Antigonum, nec quenq̃ ducum ſic uelle uincere, ut ille in ſe exemplum peſſimum ſtatuat. Hoc facto et in præſenti labantiũ animos deterruit, & in futurum prouidet, ut ſiquid ſimile accidiſſet, non ſe ab hoſte corrumpi, ſed a duce tentari mili-tes arbitrarentur. Omnes igitur operam ſuam certatim ad cuſtodiam ſalutis eius offerunt. Interim Antigonus cum exercitu ſuperuenit, caſtriſꝙ poſitis, poſtera die in aciem procedit. Nec Eumenes morã prę lio fecit, qui uictus in munitum quoddam caſtellum confugit, Vbi cum uideret ſe fortunam obſidionis ſubiturũ, maiorem exercitus partem dimiſit, ne aut conſenſu multitudinis hoſti traderetur, aut obſidio ipſa multitudine grauaretur. Legatos deinde ad Antipatrum, qui ſolus par Antigoni uiribus uidebatur, ſupplices mittit, a quo cum auxilia Eumeni miſſa Antigonus didiciſſet, ab obſidione receſſit. Erat quidem ſolutus ad tempus, metu mortis Eumenes, ſed nec ſalutis, dimiſſo exercitu magna

Exemplũ prudentiæ in Eumene.

Caſtellum Noram appellat Plutarchus.

Αργυράσπιδες λθ'.

spes erat. Omnia igitur circunspicienti optimum ui sum est, ad Alexandri Magni Argyraspides inuictũ exercitum & tot uictoriarum præfulgentem gloria decurrere. Sed Argyraspides, post Alexandrum omnes duces fastidiebant, sordidam militiam sub aliis post tanti regis memoriam existimantes. Itaq; Eumenes blandimentis agere, singulos suppliciter alloqui, nunc commilitones suos, nunc patronos appellans, periculorum, & operum orientalium socios, nunc refugia salutis suæ, & unica præsidia commemorans, solos esse quorum uirtute oriens sit domitus, solos qui militiam Liberi patris, qui Herculis monumenta superauerint, per hos Alexandrum magnum factum, per hos diuinos honores, & immortalem gloriam consecutum, orat ut non tam ducem se, q̃ commilitonem recipiant, unumq; ex corpore suo esse uelint. Receptus hac lege paulatim imperium, primũ monẽdo singulos, mox quę perperã facta erãt, blande corrigendo usurpat, nihil in castris sine illo agi, nihil administrari sine solertia eius poterat. Ad postremũ cũ Antigonũ uenire cũ exercitu esset nunciatum, cõpellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducis imperia cõtemnunt, hostiũ uirtute superãtur. In eo prælio non gloriã tantũ tot bellorũ, uerũ etiam cũ coniugibus, & liberis prędia longę militiæ parta perdiderunt. Sed & Eumenes qui author dabis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat, uictos hortabatur. Nam & uirtute eos superiores fuisse

Eumenis ad Argyraspides oratio.

Vincitur Eumenes & Argyraspides.

fuisse affirmabat. Quippe ab his quinq; millia hostium cæsa, & si in bello perstent ultro hostes pacem petituros. Damna, quibus se putent uictos, duo millia mulierum, & paucos infantes, & seruitia esse, quæ melius uincendo possint reparare, q̃ deserendo uictoriam. Porro Argyraspides neq; fugam se tentaturos dicunt, post damna matrimoniorũ, & post coniuges amissas, neq; bellum gesturos contra liberos suos. Vltroq; eum conuiciis agitant, quod se post tot annos emeritorum stipendiorum redeuntes domum cũ præmiis tot bellorum ab ipsa missione, rursus in nouam militiã immẽsaq; bella reuocauerit, & a laribus quodammodo suis & ab ipso limite patriæ abductos, inanibus promissis deceperit, nunc quoq; amissis omnibus fœlicis militiæ quæstibus, ne uictos quidem in misera, & inopi senecta quiescere sinat. Ignaris deinde ducibus confestim ad Antigonum legatos mittũt, petentes ut sua reddi iubeat. Is redditurum se pollicetur, si Eumenem sibi tradãt, quibus cognitis Eumenes cum paucis fugere tentauit, sed retractus desperatis rebus cum concursus multitudinis factus esset, petit ut postremum sibi alloqui exercitum liceret. Iussus ab uniuersis dicere facto silentio, laxatisq; uinculis prolatam manum sicut erat cathenatus ostẽdit, cernite milites inquit habitum, atq; ornamẽta ducis uestri, quæ non hostiũ quisq̃ imposuit. Nam hoc etiã solatio foret, uos me ex uictore uictum, uos me ex imperatore captiuũ se

Exemplũ perfidiæ.

Eumenes capitur à suis militibus.

Eumenis capti ad milites oratio.

ciſtis, quater intra hunc annũ in mea uerba iureiuran
do obſtricti eſtis, & iſta mitto (neqꝫ enim miſeros
Ενώμα. conuicia decent) unum oro, ſi propoſitorũ Antigo
ni in meo capite ſumma conſiſtit, inter uos me uelitis
mori. Nam neqꝫ illius intereſt, quemadmodum,
aut ubi cadam, & ego fuero ignominia mortis libe
ratus. Hoc ſi impetro, ſoluo uos iureiurãdo quototies
uos ſacramento mihi deuouiſtis, aut ſi ipſos pudet ro
ganti uim adhibere, ferrum huc date, & permittite
quod uos facturos pro imperatore iuraſtis, Impera
torem pro uobis ſine religione iuriſiurandi facere.
Imprecatio Eumenis in ſuos mulites. Cum non obtineret, preces in iram uertit. At uos
ait, deuota capita reſpiciant Dii periuriorũ uindices,
taleſqꝫ uobis exitus dent, quales uos ducibus ueſtris
dediſtis. Nempe uos idem paulo ante, & Perdicæ
Exemplũ fortis & conſtantis animi. ſanguine eſtis aſperſi, & in Antipatrum eadem mo
liti. Ipſum denicꝫ Alexandrum, ſi fas fuiſſet eum
mortali manu cadere, interempturi quod maximũ
erat, ſeditionibus agitaſtis, ultima nunc ego perfi-
dorum uictima, has uobis diras, atque inferias di-
co, ut inopes, extorreſque omne æuum in hoc ca
ſtrenſi exilio agatis, deuorentque uos arma ueſtra,
quibus plures ueſtros, q̃ hoſtium duces abſumpſi
ſtis. Plenus deinde iræ, cuſtodes ſuos præcedere
ad Antigoni caſtra præcepit. Sequitur exercitus,
prodito imperatore ſuo, & ipſe captiuus, trium
phumqꝫ de ſe ipſo ad uictoris ſui caſtra ducit. Om
nia auſpicia regis Alexandri, & tot bellorũ palmas,
laure

laureasque una secum victori tradentes, & ne quid deesset pompæ, elephanti quoque, & auxilia orientalia subsequuntur. Tanto pulchriora hæc Antigono q̃ Alexandro tot victoriæ fuerunt, ut cum ille orientem uicerit, hic eos a quibus oriens uictus fuerit superauerit. Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo diuidit, redditis quę in victoria ceperat. Eumenem uero uerecundia prioris amicitiæ in conspectũ suum uenire prohibitum, assignari custodibus præcepit. Interea Eurydice uxor Aridæi regis, ut Poliperconta a Græcia redire in Macedoniam cognouit, & ab eo accersitam Olympiadam, muliebri æmulatione perculsa, abutens ualitudine uiri, cuius officia sibi uendicabat, scribit regis nomine Polyperconti, Cassandro exercitum tradat, in quẽ regni administrationẽ rex transtulerit. Eadem & in Asiam Antigono per epistolas nunciat. Quo beneficio deuinctus Cassander, nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gessit. Deinde profectus in Græciam, multis ciuitatibus bellum infert, quarum excidio ueluti uicino incendio, territi Spartani, urbem, quam semper armis, non muris defenderant, tum contra responsa fatorum, & ueterũ maiorum gloriã, armis diffisi, murorum præsidio includũt. Tantum eos degenerauisse a maioribus, ut cum multis sęculis murus urbis, ciuium uirtus fuerit, tunc ciues saluos se fore non existimauerint, nisi intra muros laterẽt. Dum hæc aguntur. Cassandrũ a Græcia turbatus

Epiphonema.

De Eumenis morte Plutar. in eiusdẽ uita.

Eurydice Aridæi regis uxor

CASSANDER.

Spartanorum degeneratio & desperatio

Επιφώνημα

Olympiadis crudelitas.

Macedonię ſtatus domum reuocauit. Nanq; Olympias mater Alexandri Magni regis, cum ab Epyro in Macedoniam, proſequẽte Aeacida rege Moloſſorũ ueniret, prohibericq; finibus ab Euridice, & Aridæo rege cœpiſſet, ſeu memoria mariti, ſeu magnitudine filii, & indignitate rei moti Macedones, ad Olympiada tranſiere, cuius iuſſu, & Euridice, & rex occiditur, ſex annis poſt Alexandrum potitus regno. Sed nec Olympias diu regnauit. Nam cum principum paſſim cædes muliebri magis, q̃q; regio more feciſſet, fauorem ſuum in odium uertit. Itaq; audito Caſſandri aduentu, diffiſa Macedonibus, cum nuro Roxane, & nepote Hercule in Pictuam urbẽ conceſſit. Proficiſcenti Deidamia Aeacidæ regis filia, & Theſſalonice priuigna, & ipſa clara Philippi patris nomine, multęq; aliæ principum matronæ, ſpecioſus magis q̃q; utilis grex fuere comites. Hæc cum nunciata Caſſandro eſſent, ſtatim citato curſu Pictuam uenit, & urbem obſidione cinxit. Cum fame ferroq; urgeretur Olympias longæ obſidionis tedio, pacta ſalute uictori ſe tradit. Sed Caſſander ad concionem uocato populo, ſciſcitaturus quid de Olympiade fieri uellet, ſubornat parentes interfectorum, qui ſumpta lugubri ueſte crudelitatem mulieris accuſarent, a quibus accenſi Macedones ſinere ſpectu priſtinæ maieſtatis occidendã decernunt, immemores prorſus quod per filiũ eius, uirumq;, nõ ſolũ uitam ipſi inter finitimos tutam habuiſſent, uerum

Aridæus Macedonum rex ſex annis, cũ Euridice uxore occiditur.

Olympiadis fuga.

rum etiam tantas opes, imperiũq; orbis quæsissent. Sed Olympias, ubi obstinatos uenire ad se armatos uidit, ueste regali duabus ancillis innixa, ultro obuiã procedit. Qua uisa percussores attoniti, fortuna maiestatis prioris, & tot in eam memoriæ occurrentibus regũ suorum nominibus, substiterunt, donec a Cassandro missi sunt, qui eam confoderent, non refugientem gladiũ, nec uulnera, aut muliebriter uociferantẽ, sed uirorũ more fortium, pro gloria ueteris prosapiæ morti succumbentẽ, ut Alexandrum posses etiam moriente matre conspicere. Insuper expirans capillis, & ueste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum uideri. Post hæc Cassander Tessalonicen regis Aridæi filiã uxorem duxit, filium Alexandri cũ matre in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit.

Olympiadis mors.

Exemplũ muliebris fortitudinis.

Cassander Macedoniæ rex.

PErdica, & fratre eius Alceta, Eumene, ac Poliperconte, cæteriscq; ducibus diuersæ partis occisis, finitum certamen inter successores Alexandri Magni uidebatur, cũ repente inter ipsos uictores nata discordia. Quippe postulantibus Ptolemæo, & Cassandro, & Lysimacho, ut pecunia in præda capta, prouinciæq; diuiderentur. Antigonus negauit se in eius belli prædam socios admissurum, in cuius periculum solus descenderat. Et ut honestum, aduersus socios bellum suscipere uideretur, diuulgat

Nouum principum inter se bellum.

se Olympiadis mortem a Cassandro interfectæ ulci sci uelle, & Alexandri regis sui filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare. His cognitis Ptolemæus, & Cassander inita cum Lysimacho, & Seleuco societate, bellum terra, maricp enixe instruebãt. Tenebat Ptolemæus Aegyptum cum Africę parte maiore, & Cypro, & Phenice. Cassandro parebat Macedonia cum Græcia, Asiam, & partem orientis occupauerat Antigonus, cuius filius Demetrius prima belli congressione a Ptolemæo apud Calamam uincitur. In quo prælio maior Ptolemæi moderationis gloria, cp ipsius uictoria fuit. Siquidem & amicos Demetrii non solum, cum suis rebus dimisit, uerum etiam additis insuper muneribus, honorauit, & ipsius Demetrii priuatum omne instrumentum, ac familiam reddidit, adiecto honore uerborum, non se propter prædam, sed propter dignitatem inisse bellum, indignatum, quod Antigonus deuictis diuersæ factionis ducibus, solus uictoriæ communis præmia corripuisset. Dum hæc aguntur, Cassander ab Apollonia rediens incidit in Abderitas, qui propter ranarum, murumcp multitudinem relicto patriæ solo, sedes quærebant, ueritus ne Macedoniam occuparent, facta pactione in societatem eos recepit, agroscp iis ultimis Macedoniæ finibus assignat. Deinde ne Hercules Alexandri filius, qui per annos quatuordecim excesserat, fauore paterni nominis in regnum Macedoniæ uocaretur, occidi eum

Demetrius Antigoni filius uincitur à Ptolemæo ad Gazam, ut refert Plutar.

Exemplũ moderatæ uictoriæ.

Miriũ de Abderitis, qui sedes propter ranariũ et murũ multitudinẽ mutare coacti sunt.

eũ tacite cũ matre Arſine iubet, corporaq; eorũ terra obrui, ne cædes ſepultura proderetur, & quaſi parũ facinoris in ipſo primũ rege, mox in matre eius Olympiade, ac filio admiſiſſet, alterũ quoq; filiũ cũ matre Roxane pari fraude interfecit, quaſi regnum Macedoniæ, quod adfectabat, aliter cõſequi cẽſ ſcelere nõ poſſit. Interea Ptolemæus cũ Demetrio naſtali prelio iterato cõgreditur, & amiſſa claſſe, hoſtiq; cõceſſa victoria, in Aegyptũ refugit. Demetrius filiũ Ptolemæi Leuticũ, & fratrẽ Menelaũ, amicoſq; eius, cũ priuati inſtrumẽti miniſterio prouocatus, pari antea munere Aegyptũ remittit. Et ut adpareret eos nõ odii, ſed dignitatis gloria accenſos, donis, muneribuſq; inter ipſa bella cõtendebant. Tanto honeſtius tunc bella gerebantur, quanto nunc amicitiæ coluntur. Hac victoria elatus Antigonus regẽ ſe, cũ Demetrio filio adpellari a populo iubet. Ptolemæus quoq;, ne minoris apud ſuos authoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur, quibus auditis, Caſſander, & Lyſimachus, & ipſi regiã ſibi maieſtatẽ uendicauerũt. Huius honoris ornamentis tandiu oẽs abſtinuerũt, q̃ diu filii regis ſui ſupereſſe potuerunt. Tanta in illis uerecũdia fuit, ut cũ opes regias haberẽt, regũ tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexandro iuſtus hæres fuit. Sed Ptolemæus, & Caſſander, cæteriq; factionis alterius duces, cum carpi ſe ſingulos ab Antigono uiderent, dum priuatũ ſingulorum, non cõmune uniuerſorũ

Exemplũ impietatis et crudelitatis ĩ Caſſandro, qui regis ſui Alexãdri filios, uxores, ac matrẽ occidit.

Victoria Demetrii ad Cyprũ de Ptolemæo. Paucis uero ante diebus Athenas Demetrius à Demetrij Phalereæi tyranni de liberauit.

ἐπιφώνημα

Regũ nomen primum uſurpatũ ab Alexandri principibus.

Commune regũ aduerſus Antigonũ bellum.

bellum ducunt, nec aũxilium ferre alter alteri uo lunt, quasi uictoria unius, non omnium foret, per epistolas se inuicem confirmantes, tempus, locũ coe undi condicunt, bellumq; communibus uiribus in struunt. Cui cum Cassander interesse propter fini timum bellum non posset, Lysimachum cum ingen tibus copiis in auxilium sociis mittit. Erat hic Lysi machus illustri quidem Macedoniæ loco natus, sed uirtutis experimentis omni nobilitate clarior, quæ tãta in illo fuit, ut animi magnitudine, Philosophia ipsa, uiriumq; gloria, omnes per quos oriens domi tus est, uicerit. Quippe cum Alexander Magnus Callisthenem Philosophũ propter salutationis Per sicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ sibi pa ratæ fuerant, conscium fuisse iratus finxisset, eumq; truncatis crudeliter membris, abscissisq; auribus ac naso, labiisq; deforme, ac miserandum spectaculum reddidisset, insuper cum cane in cauea clausum ad metum cæterorum circunferret, tunc Lysimachus audire Callisthenem, & præcepta ab eo recipere uir tutis solitus, miseratus tanti uiri, non modo culpæ, sed libertatis pœnas pendentis, uenenum ei in reme dium calamitatum dedit, quod adeo ægre Alexan der tulit, ut eum obiici ferociſſimo leoni iuberet. Sed cum ad cõspectum eius concitus leo impetum feciſſet, manum mani pulo inuolutam Lysimachus in os leo nis immersit, arreptaq; lingua, feram exanima

Lysimachi laus.

Callisthenes. Philosophus punitus

Exemplũ cru delitatis.

Fabulã esse putat Q. Curtius hinc ortam, quod Lysimachus quondam cum uenaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis leonem so= lus &c.

exanimauit. Quod cum nunciatum regi esset, admiratio in satisfactionem cessit, carioremq; eũ propter constantiam tantæ uirtutis habuit. Lysimachus quoq; magno animo regis, ueluti parentis tulit contumeliam. Denicq; omni ex animo huius facti memoria exturbata, postea in India insectanti regi quosdã palantes hostes, cum a satellitum turba equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas arenarũ moles cursus comes fuit. Quod idem antea Philippus frater eius cum facere uoluisset, inter manus regis expirauerat. Sed Lysimachum desiliens equo, Alexander hastæ cuspide ita in fronte uulnerauit, ut sanguis aliter claudi non posset, cq; diadema sibi demptũ rex alligandi uulneris caussa capiti eius imponeret, quod auspitium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. Et post mortem Alexandri, cũ inter successores Alexandri prouincię diuiderẽtur, ferocissimæ gentes, quasi omnium fortissimo adsignatæ sunt. Adeo etiam consensu uniuersorum palmam uirtutis inter cæteros tulit. Prius q; bellum inter Ptolemæum, socioscq; eius adũersus Antigonum committeretur, repente ex Asia maiore digressus Seleucus nouus Antigono hostis accesserat. Huius quoq;, & uirtus clara, & origo admirabilis fuit. Siquidem mater eius Laodice, cum nupta esset Antiocho claro inter Philippi duces uiro, uisa est sibi per quietẽ ex concubitu Apollinis concepisse, graui damq; factam, munus concubitus annulum a Deo

Exemplũ fortitudinis Lysimachus.

Seleuci regis Syriæ origo.

Laodice.

accepisse, cuius gẽma anchora sculpta esset. Iussaq; id donum filio, quem peperisset dare, admirabilẽ fecit hunc uisum, & annulus qui postera die eiusdẽ sculpturæ in lecto inuentus est, & figura anchoræ, quæ in fœmore Seleuci nata, cũ ipso paruulo fuit. Quam ob rem Laodice annulum Seleuco, eunti cũ Alexandro Magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua dedit. Vbi post mortem Alexandri occupato regno orientis, urbem condidit. Ibiq; gemmæ originis memoriam consecrauit. Nam & urbẽ ex Antiochi patris nomine, Antiochiam uocauit, & campos uicinos urbi, Apollini dicauit. Originis eius argumentum etiam posteris mansit. Siquidem filii, nepotesq; eius anchoram in fœmore, uelut ino tam generis naturalem habuere. Multa in oriente post diuisionem inter socios regni Macedonici bella gessit. Principio Babyloniam cepit. Inde auctis ex uictoria uiribus, Bactrianos expugnat, transitũ dein de in Indiam fecit, quę post mortẽ Alexandri, uelu ti a ceruicibus iugo seruitutis excusso, prefectos eius occiderat. Author libertatis Sandrocottus fuerat, sed titulum libertatis post uictoriã in seruitutem uer terat, siquidem occupato regno, populum, quem ab externa dominatione uendicauerat, ipse seruitio præmebat. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatem maiestate numinis impul sus. Quippe cum procacitate sua Alexandrum re gem offendisset, interficia rege iussus, salutem pe

Anchora naturalis nota Antiochi, & eius nepotũ.

Seleuci gesta.

Sandrocottus

dum

dum celeritate quæsierat. Ex qua fatigatione, cum somno captus iaceret, leo ingentis formæ ad dormientem accessit, sudoremq; profluentem lingua ei detersit, expergefactumq; blande reliquit. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus, contractis latronibus, Indos ad nouitatem regni sollicitauit, molienti deinde bellum aduersus præfectos Alexandri, elephantus ferus infinitæ magnitudinis ultro se obtulit, & ueluti domita mansuetudine eum tergo excepit, duxq; belli, & præliator insignis fuit. Sic acquisito regno Sandrocottus, ea tempestate, qua Seleucus futuræ magnitudinis fundamenta iaciebat, Indiam possidebat, cum quo facta pactione Seleucus, compositisq; in oriente rebus, in bellum Antigoni descendit. Adunatis igitur omnium sociorum copiis, prælium committitur. In eo Antigonus occiditur. Demetrius filius eius in fugam uertitur. Sed socii, profligato hostili bello, denuo in semet ipsos arma uertunt, & cum de præda non conueniunt, iterũ in duas factiones deducuntur, Seleucus Demetrio, Ptolemæus Lysimacho iungitur, Cassandro defuncto Philippus filius succedit, sic quasi ex integro, noua Macedoniæ bella nascuntur.

Mirum de Leone.

Elephantus sponte se Sandrocotto offert.

Antigonus uincitur et occiditur, Plutar. in uita Demetrij.

Duxerat enì Demetrij filiã Stratonicen uxorem Seleucus.

LIBER XVI.

POst Cassandri regis, filiiq; eius Philippi cõtinuas mortes, Thessalonice regina, uxor Cassandri non magno post tempore ab Antipatro filio,

Impij & crudelis parricidij exemplũ.

πάθος. *Mater à filio necata, Plutar. in Demetrij uita.*

cum uitam etiam per ubera materna deprecaretur, occiditur. Cauſſa parricidii fuit, quod poſt mortem mariti in diuiſione inter fratres regni, propenſior fuiſſe Alexandro uidebatur. Quod facinus eo grauius omnibus uiſum eſt, quod nullum materne fraudis ueſtigium fuit, quanquã in parricidio nulla ſatis iuſta cauſſa, ad ſceleris patrocinia prætexi poteſt. Ob hæc igitur Alexander in ultione maternæ necis geſturus cum fratre bellum, auxilium a Demetrio petit. Nec Demetrius ſpe inuadendi Macedonici regni moram fecit, cuius aduentum uerens Lyſimachus, perſuadet genero ſuo Antipatro, ut malit cum fratre in gratiam reuerti, q̃ paternũ hoſtem in Macedoniã admitti. Inchoatã igitur inter fratres recõciliationem, cum præſenſiſſet Demetrius per inſidias Alexandrum interfecit, occupatoq; Macedoniæ regno, eędem apud exercitum excuſaturus, in concionem uocat. Ibi priorem ſe petitum ab Alexandro allegat, nec feciſſe ſe, ſed occupaſſe inſidias. Regem autem ſe Macedoniæ uel ætatis experimentis, uel cauſſis iuſtiorem eſſe. Patrem enim ſuum, & Philippo regi, & Alexandro Magno ſocium in omni militia fuiſſe. Liberorum deinde Alexandri miniſtrũ, & ad perſequendos defectores ducem extitiſſe. Contra Antipatrum auum horum aduleſcentium, amariorem ſemper miniſtrum regni, q̃ ipſos reges fuiſſe. Caſſandrum uero patrem extinctorem regiæ domus, nõ fœminis, nõ pueris peperciſſe, nec ceſſaſſe quoad

Bellũ inter duos fratres Antipatrũ et Alexandrũ filios Caſſandri.

Alexãder occiditur à Demetrio poſt cõuiuiũ in urbe Larysſa Theſſaliæ.

Oratio Demetrij ad Macedones, qua cædẽ excuſat

quoad omnem stirpem regiæ sobolis deleret. Horũ scelerum ultionem, quia nequisset ab ipso Cassandro exigere, ad liberos eius translatam. Quam ob rem etiam Philippum, & Alexandrum (siquis manum sensus est) non interfectores suos, ac stirpis suæ, sed ultores eorum, Macedoniæ regnum tenere malle. Per hæc mitigato populo, rex Macedonię appellatur. Lysimachus quoq; cum bello Dromichetis regis Thracum premeretur, ne eodẽ tempore, & aduersus Demetrium dimicare necesse haberet, tradita ei altera parte Macedoniæ, quæ Antipatro eius genero euenerat, pacem cum eo fecit. Igitur Demetrius totis Macedoniæ regni uiribus instructus, cum Asiam occupare statuisset, iterato Ptolemæus, Seleucus, & Lysimachus experti priore certamine quãtæ uires concordiæ essent, pacta societate, adunatisq; exercitibus, bellum aduersus Demetrium transferunt in Europam. His comitem se, & belli socium iungit Pyrrhus rex Epiri, sperans non difficilius Demetrium Macedoniã amittere posse, q̃ acquisiuerat. Nec spes frustra fuit. Quippe exercitu eius corrupto, ipsoq; in fugam acto, regnum Macedoniæ occuparat. Dum hæc aguntur, Lysimachus generum suum Antipatrum, regnum Macedoniæ ademptum sibi, soceri fraude, quærentem interfecit, filiamq; suam Eurydicem querelarũ sociam in custodiam tradit. Atq; ita uniuersa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ pœnas,

Demetrius Macedoniæ rex cognomẽto πολιορκητής.

Dromiches.

Regũ conspiratio de bello aduersus Demetriũ cõmuniter gerendo

Pyrrhus Epirirex.

Antipater interficitur.

De Demetrij morte Plutar. in eius uita.

partim cæde, partim supplicio luit. Demetrius quoq; a tot exercitibus circumuentus, cum posset honeste mori, turpiter se dedere Seleuco maluit.

Ptolemæus Lagus moritur.

Finito bello, Ptolemæus cum magna rerum gestarũ gloria moritur, Is contra ius gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem regnũ tradiderat, eiusq; rei populo rationem reddiderat, cuius non minor fauor in accipiendo, q̃ patris in tradẽdo regnum fuerat. Inter cætera patris, & filii mutuæ pietatis exempla, etiam ea res amorem parem populi iuueni conciliauerat, & pater regno ei publice tradito, priuatim officium regi inter satellites fecerat, omniq; regno pulchrius regis esse patrem dixerat. Sed inter Lysimachum, & Pyrrhum regem socios paulo ante, aduersus Demetrium, assiduum inter pares discordia, malum bellum mouerat. Victor Lysimachus, pulso Pyrrho, Macedoniam occupauerat. Inde Thraciæ, ac deinceps Heracleæ bellum intulerat. Cuius urbis, & initia, & exitus mirabiles fuere. Quippe Bœotiis pestilentia laborantibus, Oraculum Delphis responderat, Coloniam in ponti regione sacrã Herculi conderent. Cũ propter metum longæ, & periculosæ nauigationis, mortem in patriã omnibus prę optantibus, res omissa esset, bellũ his Phocẽses intulerunt. Quorum cum aduersa prælia paterentur, iterato ad Oraculũ decurrunt, responsum, idẽ belli, quod pestilentiæ remedium fore. Igitur conscripta colonorum manu, in Metapontũ delati, urbem Heracleam

Aegypti rex a Ptolemæus φιλάδελφος.

Bellum Lysimachi & Pyrrhi.

Origo urbis Heracleæ.

Oraculum.

racleam condiderunt. Et quoniam fatorũ auſpiciis in eas ſedes delati erant, breui poſt tempore magnas opes parauere. Multa deinde huius urbis aduerſus finitimos bella, multa etiam domeſticæ diſſenſionis mala fuere. Inter cætera magnifica, uel præcipue illud memorabile fuit. Cum rerum potirẽtur Athenienſes, uictiſq; Perſis, Græciæ, & Aſiæ tributum in tutelam claſſis deſcripſiſſent, omnibus cupide ad præſidium ſalutis ſuæ conferentibus, ſoli Heraclienſes, ob amicitiam regum Perſicorum, collationem abnuerant. Miſſus itaq; ab Athenienſibus Malachus cum exercitu ad extorquendum, quod negabatur, dum relictis in littore nauibus agros Heraclienſium populatur, claſſem cum maiore parte exercitus, naufragio repentinæ tempeſtatis amiſit. Itaq; cum neq; mari poſſent amiſſis nauibus, neq; terra auderẽt cum parua manu, inter tot ferociſſimas gentes reuerti, Heraclienſes honeſtiorem beneficii, q̃ ultionis occaſionem rati, inſtructos commeatibus, auxiliiſque dimittunt, beneagrorum ſuorum populationem exiſtimantes, ſi quos hoſtes habuerant, amicos reddidiſſent. Paſſi ſunt inter plurima mala etiam tyrannidem, ſiquidem cum plebs etiam nouas tabulas, & diuiſionem agrorum diuitum impotenter flagitarent, diu re in ſenatu tractata, cum exitus rei non inueniretur, ad poſtremum aduerſus plebem nimio ocio laſciuientem, auxilia a Timotheo Athenienſium duce, mox ab

Heraclienſiũ geſta.

Malachus.

Exemplũ conſtantiæ.

Exemplũ humanitatis in hoſtes.

Thucydides. σάσις μάλιστα φθίρει τὰς πόλεις.

Epaminondas Clearchus. Epiphonema.

Epaminonda Thebanorum petiuere. Vtrisq; negantibus ad Clearchum, quẽ ipsi in exilium egerant decurrunt. Tanta calamitatum necessitas fuit, ut cui patriam interdixerant, eum ad tutelã patriæ uocarẽt. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus, & dissensionem populi, occasionem inuadendæ tyrannidis existimans, primo tacite cũ Mithridate ciuium suorũ hoste colloquitur, & inita societate pacisciturut re uocatus in patriam prodita ei urbe, præfectus eius constitueretur. Postea aũt insidias, quas ciuibus parauerat in ipsum Mithridatem uerterat. Nanq; cum uelut arbiter ciuilis discordiæ, de exilio reuersus esset, statuto tempore quo urbem Mithridati traderet, ipsum cum amicis suis cepit, captumq; accepta ingenti pecunia, dimisit. Atq; ut in illo subitum se ex socio fecit hostem, sic ex defensione senatoriæ causſæ, repente patronus plebis euasit, & aduersus authores potentiæ suæ, a quibus reuocatus in patriã, per quos in arce collocatus fuerat, non solum plebem accendit, uerum etiam nefandissima quæq; tyranni cæ crudelitatis exercuit. Igitur populo ad contionẽ uocato, neq; se affuturum amplius grassanti in populum senatui ait, intercessurum etiam, si in pristina sæuicia perseueret, & si pares se crudelitati senatorum arbitrarentur, abiturum cum militibus suis, neque ciuilibus discordiis interfuturum. Si uero diffidant uiribus propriis, uindicem se ciuium non defuturum. Proinde consulant sibi ipsi, iubeant abire

Mithridates.

Exemplũ uersipellis et fraudulenti animi Clearchus.

Clearchi tyrannidem affectantis oratio ad populum.

abire si malint, uel socium causſæ popularis remanere. His uerbis sollicitata plebs summum ad eum imperium defert, & dum senatus potentiæ irascitur, in seruitutem se tyrannicæ dominationis cum cõiugibus, & liberis tradit. Igitur Clearchus. lx. senatores compræhensos (nam cæteri in fugam dilapsi erant) in uincula compingit. Lætari plebs, quod a duce potissimum senatorum senatus deleretur, uersa uice auxilium eorũ in exitium conuersum esset, quibus dum mortẽ passim omnibus minatur, cariora eorũ precia fecit. Siquidem Clearchus magna pecunia, quasi minis populi occulte eos subtracturus, accepta, spoliatos fortunis, uita quoq; spoliauit. Cognito deinde, quod bellum sibi ab iis qui profugerant, misericordia in auxilium sollicitatis ciuitatibus, pararetur, seruos eorum manu mittit. Et ne quid in afflictis honestissimis domibus deesset, uxores eorum, filiasque nubere seruis suis, præposita recusantibus morte, compellit, ut eos sibi fidiores, & dominis infestiores redderet. Sed matronis tam lugubres nuptiæ, grauiores repentinis funeribus fuere. Itaque multæ se ante nuptias, multæ in ipsis nuptiis, occisis prius nouis maritis, interficiunt, & se tam funestis calamitatibus, uirtute ingenui pudoris eripiunt. Prælium deinde committitur. Quo uictor tyrannus, captiuos senatores in triumphi modum, per ora ciuium trahit. Reuersus in urbem alios uincit, torquet alios, alios occidit, nullus locus

Clearchi tyranni sæuitia & crudelitas.

Heracliẽsium matronarum clades.

Demosthenes Βασιλεὺς ὁ τύραννος ἅπας, ἐχθρὸς ἀληθείας, καὶ νόμοις ἐναντίος. κέραυνός.

urbis a crudelitate tyranni uacat. Accedit sæuitiæ insolentia, crudelitati arrogantia. Interdum enim ex successu continuæ fœlicitatis, obliuiscitur se hominem. Interdum Iouis filium se dicit. Eunti per publicum aurea Aquila, uelut argumentum generis præferebatur, ueste purpurea, & cothurnis regum tragicorum, & aurea corona utebatur, filium quoque suum Ceraunon uocat, ut Deos non mendacio tantum, uerum etiam nominibus illudat.

Chionis & Leonidæ discipulorum Platonis in tyrannũ cõspiratio.

Hæc illum facere duo nobilissimi iuuenes Chion, & Leonides indignantes, patriam liberaturi, in necem tyranni conspirant. Erant hi discipuli Platonis Philosophi, qui uirtutem, ad quam quotidie præceptis magistri erudiebantur, patriæ exhibere cupientes, quinquaginta cognatos, ueluti clientes in insidiis locant, Ipsi more iurgantium ad tyrannum, ueluti ad regem in arcem contendunt, qui iure familiaritatis admissi, dum alterũ priorem dicentẽ intentus audit tyrannus, ab altero occupatur. Sed ipsi, sociis tardius auxiliũ ferentibus, a satellitibus obruũtur.

Clearchi cædes.

Quare factũ est, ut tyrannus quidẽ occideretur, sed patria nõ liberaret. Nã frater Clearchi Satyrus eadẽ uia tyrannidẽ inuadit, multisq; annis per gradus successionis Heraclienses regnum tyrannorum fuere.

Satyrus.

LIBER XVII.

Terræ motus.

PEr idem ferme tempus in Hellesponti, & Chersonesi regionibus terræmotus fuit maximus, tantum

tum urbs Lysimachia ante duos & .xx. annos a Lysimacho condita, euersa est. Quod portenti dira Lysimacho, stirpique eius, ac ruinam regni cum clade uexatarum regionum portendebat. Nec ostentis fides defuit. Nam breui post tempore Agathoclem filium suum, quem in successionem regni ordinauerat, per quem multa bella prospere gesserat, non solum patrium, uerum etiam humanum ultra morem perosus, ministra Arsyrice nouerca ueneno interfecit. Hæc illi prima mali labes, hoc inicium impendentis ruinæ fuit. Nam parricidium principum secutæ cædes sunt, luentium supplicia, quod occisum iuuenem dolebant. Itaq; & hi, qui exercitibus præerant, certatim ad Seleucum deficiebant, eũq; pronum iam ex æmulatione gloriæ, bellum Lysimacho inferre compellunt. Vltimum hoc certamen cõ militonum Alexandri fuit, & uelut ad exemplũ fortunæ par reseruatum. Lysimachus quatuor & .lxx. annos natus erat. Seleucus septẽ & .lxx. Sed in hac ætate utriq; animi iuueniles erant, imperiiq; cupiditatem insatiabilem gerebant. Quippe cũ orbẽ terrarum duo soli tenerẽt, angustiis sibimet inclusi uidebãtur, uitæq; finem, non annorũ spacio, sed imperii terminis metiebantur. In eo bello Lysimachus, amissis antea uariis casibus quindecim liberis, nõ strenue moriens, postremus domus suæ cumulus accessit. Lætus tanta uictoria Seleucus, & quod maius uictoria putabat, solum se de cohorte Alexandri mansisse,

Agathocles Lysimachi filius ueneno necatur.

Vltima pugna inter Alexandri principes.

Lysimachus uictus à Seleuco moritur.

Herodotus. Κύκλος τ̃ ἀνθρωπίνων πραγμάτων περιφέρομενος, οὐκ ἐᾷ ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς εὖ πράττειν.

uictoremq; uictorum extitisse, non humanũ opus esse, sed diuinum munus gloriatur, ignarus prorsus non multum post, fragilitatis humanæ seipsum exemplum futurum. Quippe post menses admodum vii. a Ptolemæo cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, per insidias circunuentus occiditur, regnumque Macedoniæ, quod Lysimacho eripuerat, cum uita pariter amittit. Igitur Ptolemæus cum & in gratiam memoriæ magni Ptolemęi patris, & in fauorem ultionis Lysimachi ambitiosus ad populares esset, primo Lysimachi filios conciliare sibi statuit, nuptiasq; Arsynoes ſororis suæ matris eorum petit, puerorum adoptione promissa, ut cum in locum eorum successisset, nihil illi moliri, uel uerecundia matris, uel adpellatione patris auderent. Fratris quoq; regis Aegypti concordiam per epistolas deprecatur, professus deponere se offensam erepti paterni regni, neq; amplius a fratre quęsiturũ, quod honestius a paterno hoste percepe rit. Omniq; arte adulatur Eumeni & Antigono Demetrii filiis, Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, ne tertius sibi hostis accederet. Sed nec Pyrrhus rex Epyri omissus, ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset, qui & ipse spoliare singulos cupiens, omnibus se partibus uendicabat. Itaq; Tarentinis aduersus Romanos laturus auxilium, ab Antigono naues ad exercitum deportandum mutuo petit, ab Antiocho pecuniam

Seleuci mors.

Ptolemæus, Φιλάδελφος.

Arsynoe.

Ptolemæi sollertia.

Pyrrhi aduersus Romanos expeditio.

qui

qui opibus, & militibus instructior erat, a Ptolemęo Macedonum militum auxilia. Sed Ptolemęus, cui nulla dilationis ex infirmitate uirium uenia esset. v. millia peditum, equitum quatuor millia, Elephantos .I. non amplius, & in biennii usum dedit. Ob hæc Pyrrhus filia Ptolemæi in matrimonium acceptа, uindicem eum regni reliquit. Sed quoniam ad Epyri mentionem uentum est, de origine regni eius pauca narranda sunt. Molossorum primum in ea regione regnum fuit. Post Pyrrhus Achillis filius, amisso per absentiam Troianis temporibus paterno regno, in his locis consedit, qui Pyrrhidę primo, postea Epirotæ dicti sunt. Sed Pyrrhus cū in templū Dodonæi Iouis ad consulendum uenisset, ibi Anassam neptem Herculis rapuit, ex cuius matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas uirgines nuptu finitimis regibus tradidit, opesq; adfinitatum auxilio magnas parauit. Atq; ita Heleno filio Priami regis, ob industriam singulare uaticinandi, regnum Chaonum, & Andromacham Hectoris, quam & ipse matrimonio suo in diuisione Troianę prędæ acceperat uxorem reddidit. Breuiq; post tempore Delphis, insidiis Orestæ filii Agamemnonis, inter altaria Dei interiit. Successor huic Piales filius fuit. Per ordinē deinde regnum ad Arymbam descendit, cui quoniam pupillus & unicus ex gente nobili supereſſet, intentiore omnium cura seruandi eius, educandiq; pu

EPIROTICI REGNI ORIGO.

Pyrrhus Achillis filius.

Virgilius. Hic incredibilis rerū fama occupat aures. Priamidē Helenū Graias regnare per urbes, Cōiugio Aeacidæ Pyrrhi sceptrisq; potitum &c.

Pyrrhi successores.

Arymbas.

blice tutores constituuntur. Athenas quoq; erudiendi gratia missus, quanto doctior maioribus suis, tanto & gratior populo fuit. Primus itaq;, & leges, & senatum, annuosq; magistratus, & Reipub. formam composuit, &, ut a Pyrrho sedes, sic uita cultior populo ab Arymba statuta. Huius filius Neoptolemus fuit, ex quo nata est Olympias mater Alexandri Magni, & Alexander qui post eum regnũ Epiri tenuit, & in Italia bello gesto, in Brutiis interiit. Post eius mortẽ frater Aeacides regno successit, qui assiduis aduersus Macedonas bellorum certaminibus, populum fatigãdo offensam ciuiũ contraxit, ac propterea in exilium actus, Pyrrhum filium bimum, admodum paruulum in regno reliquit, qui & ipse cum a populo propter odium patris ad necem quereretur, furtim subtractus in Illyrios defertur, traditusq; est Beroe Glauciæ regis uxori nutriendus, quæ & ipsa generis Aeacidarum erat. Ibi eum, seu misericordia fortunæ eius, seu infantilibus blandimẽtis inductus rex, aduersum Cassandrum Macedoniæ regem, qui eũ belli comminatione deposcebat, diu protexit, addito in auxilium etiam adoptionis officio. Quibus rebus moti Epirotę, odio in misericordiam uerso anno rum. xi. eum in regnũ reuocauerunt, datis tutoribus qui regnum usq; ad adultam eius ætatem tuerentur. Adulescens deinde multa bella gessit, tantusq; rerũ successu haberi cœptus est, ut Tarentinos solus aduersus Romanos tueri posse uideretur.

Neoptolemus.
Olympias.
Alexander.
Aeacides Pyrrhi pater.
Pyrrhus.

Est Pyrrhus seruatus ab Androclide & Angelo, Plutar. ĩ Pyrrhi uita.
Fertur infans ad Glauciæ pedes quasi opem petens repsisse.

Igitur

IGitur Pyrrhus rex Epiri, cum iterata Tarentinorum legatione additis Samnitium, & Lucanorũ precibus, & ipsis auxilio aduersus Romanos indigentibus, fatigaretur, non tam supplicum precibus, q̃ spe inuadendi Italiæ imperii inductus, uenturum se cum exercitu pollicetur. In quam rem inclinatum sed animum, præcipitem agere cœperant exempla maiorum, ne aut inferior patruo suo Alexandro uideretur, quo defensore iidem Tarentini aduersus Brutios usi fuerant, aut minores animos Magno Alexandro habuisse, qui tam longa a domo militia orientem subegit. Igitur relicto custode regni, filio Ptolemæo annos quindecim nato, exercitum in portu Tarentino exponit, duobus paruulis filiis Alexandro, & Heleno in solatia longinquæ secum expeditionis adductis. Cuius audito aduentu consul Romanus Valerius Leuinus festinans, ut prius cum eo congrederetur, q̃ auxilia sociorum conuenirent, exercitum in aciem deducit. Nec rex tam & si numero militum inferior esset, certamini moram fecit. Sed Romanos uincentes iam, inusitata ante elephantorũ forma, stupere primo, mox cedere prælio coegit, uictoresq̃ iam noua Macedonum monstra repente uicerunt, nec hostibus incruenta uictoria fuit. Nam & ipse Pyrrhus grauiter uulneratus est, & magna pars militum eius cæsa, maioremq̃ gloriam eius uictoriæ, q̃ lætitiam habuit. Huius pugnæ euentum multæ ciuitates secutæ Pyrrho se tradunt.

Pyrrhus patruus fuit Alexandri.

Pyrrhi in Italiã aduentus.

Albinum Plutarchus uocat

Pugnatũ est inter Pandosiam & Heracleã urbẽ ad Sirim fluuiũ.

Victoria Pyrrhi.

Inter cæteros etiam Locri prodito præsidio Romano ad Pyrrhum deficiunt. Ex ea præda Pyrrhus, cc. captiuos milites gratis Romam remisit, ut cognita uirtute eius, Romani cognoscerent etiam liberalitatem. Interiectis deinde diebus, cum sociorum exercitus superueniisset, iterato prælium cum Romanis facit, in quo par fortuna priori bello fuit. Interea Mago dux Carthaginensium in auxiliũ Romanorũ cum .c. xx. nauibus missus, senatum adiit, ægre tulisse Carthaginenses affirmans, quod bellum in Italia a peregrino rege paterentur. Ob quam caussam missum se, ut quoniam externo hoste oppugnarentur, externis auxiliis iuuarentur. Gratiæ a senatu Carthaginensibus actæ, auxiliaq; remissa. Sed Mago punico ingenio, post paucos dies tacitus, quasi pacificator Carthaginensium, Pyrrhum adiit speculaturus consilia eius de Sicilia, quo eum accersiri fama erat. Nam Romanis eadem caussa mittendi auxilia Carthaginensibus fuerat, ut Romano bello, ne in Siciliã Pyrrhus transire posset, in Italia detineretur.

Secũda pugna cõmissa est ad Asculũ urbẽ. tota uero hæc historia copiose à Plutar. in Pyrrhi uita describitur.

Auxilia Carthaginensium

Mago. Punica fides & ingenium.

Dum hæc aguntur, legatus a senatu Romano Fabricius Luscinus missus, pacem cum Pyrrho composuit. Ad quam confirmandam, Cyneas Romam cũ ingentibus a Pyrrho donis missus, neminem cuius domus muneribus pateret, inuenit. Huic continentiæ Romanorum simile exemplum iisdem ferme temporibus fuit. Nam missa a senatu

Plutarchus refert Cyneam à Pyrrho de agẽda pace ad Romanos missum, nõ Fabricũ à Romanis ad Pyrrhũ. Obtinuit autem Appius Claudius cæcus ne fœdus atque pax fieret. Obseruata quæ hic de Fabricio narrat Plutarchus.

in Aegyptum legatione, cum ingentia sibi a Ptolemæo rege missa munera spreuissent, interiectis diebus ad cœnam inuitatis aureæ coronæ missæ sunt, quas illi honoris caussa receptas, postera die statuis regis imposuerunt. Igitur Cyneas cum turbatã cum Romanis pacem ab Appio Claudio renunciasset, interrogatus a Pyrrho, qualis Roma esset, respondit regum urbem sibi uisam. Post hæc legati Siculorum superueniunt, tradentes Pyrrho totius insulæ imperium, quæ assiduis Carthaginensium bellis uexabatur. Itaq; relicto Locris Alexandro filio, firmatisq; ciuitatibus ualido præsidio, in Siciliam exercitum traiecit. Et quoniã ad Carthaginensium mentionem uentum est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis Tyriorũ paulo altius rebus, quorum casus etiam dolendi fuerant. Tyriorum gens condita a Phœnicibus fuit, qui terræmotu uexati, relicto patriæ solo, Assyriũ stagnum primo, mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi urbe, quam a piscium ubertate Sidona adpellauerunt. Nam piscem Phœnices Sidon uocant. Post multos deinde annos a rege Ascalonio rum expugnati, nauibus appulsi Tyron urbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. Ibi Persarum bellis diu uariecq; fatigati uictores quidem fuere, sed attritis uiribus, a seruis suis, multitudine abundantibus, indigna supplicia perpessi sunt, qui conspiratione facta, omnem liberum populum cum

Fuit hic Cyneas Demosthenis auditor, cuius eloquentia plures urbes, quàm suis armis subactas esse dicebat Pyrrhus.

Pyrrho traditur Sicilia.

DE CARTHAGINENSIVM ORIGINE.

Sidon unde dicta.

Tyrus quãdo condita.

Conspiratio seruorũ i Tyro, i dominos suos.

dominis interficiunt. Atq; ita potiti urbe, lares dominorum occupant, Rempub. inuadunt, coniuges ducunt, & quod ipsi non erant, liberos procreant. Vnus ex tot millibus seruorum fuit, qui miti ingenio senis domini, paruuliq; filii eius fortuna moueretur, dominosq; non truci feritate trucidauit, sed pia misericordia, ac humanitate respexit. Itaq;, cum uelut occisos alienasset, seruisq; de statu Reipub. deliberantibus, placuisset regem ex suo corpore creari, eumq; potissimum quasi acceptissimũ Diis, qui solem orientem primus uidisset, rem ad Stratonem (hoc enim ei nomen erat) dominum occulte latem tem detulit. Ab eo informatus, cum medio noctis omnes in unum campum processissent, cæteris in orientem spectantibus, solus occidentis regionem intuebatur. Id primum aliis uideri furor, in occidente solis ortum quærere. Vbi uero dies aduentare cœpit, editissimisq; culminibus urbis, oriens splendere, expectantibus aliis, ut ipsum solem adspicerent, hic primus omnibus fulgorem solis in summo fastigio ciuitatis ostendit. Non seruilis ingenii ratio uisa, requirentibusq; authorem, de domino confitetur. Tunc intellectum est, quantum ingenua seruilibus ingenia præstarent, malitiaq; seruos, non sapientia uincere. Igitur uenia seni, filioq; data est, & uelut numine quodam reseruatos arbitrantes, regem Stratonem creauerunt. Post cuius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes transit. Cele-

Rarum exemplũ crudelitatis seruorũ in dominos.

Strato.

Stratonis solertia.

Strato rex creatur.

bre hoc

bre hoc ſeruorum facinus, metuendumque exẽplum toto orbe terrarum fuit. Itaque Alexander Magnus cum interiecto tempore in oriente bellum gereret, uelut ultor publicæ ſecuritatis, expugnata eorum urbe, omnes, qui prælio ſuperfuerant, ob memoriam ueteris cædis crucibus adfixit. Genus tantum Stratonis inuiolatum ſeruauit, regnũq; ſtirpi eius reſtituit, ingenuis, & innoxiis incolis inſulæ attributis, ut extirpato ſeruili germine, genus urbis ex integro conderetur. Hoc igitur modo Tyrii Alexandri auſpiciis conditi, parſimonia, & labore quærendi cito conualuere. Ante cladẽ dominorũ cum, & opibus & multitudine abundarent, miſſa in Africam iuuentute, Vticam condidere, cum interim rex Tyro decedit, filio Pygmalione, & Eliſa filia inſignis formæ uirgine hæredibus inſtitutis. Sed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit. Eliſa quoque Sichæo auunculo ſuo ſacerdoti Herculis, qui honos ſecundus a rege erat, nupſit. Huic magnæ, ſed diſſimulatæ opes erant, aurumq; metu regis, non tectis, ſed terræ crediderat, quarem, & ſi homines ignorabant, fama tamen loquebatur, qua incenſus Pygmalion, oblitus iuris humani, auunculum ſuum, eundemque generum ſuum ſine reſpectu pietatis occidit. Eliſa diu fratrem propter ſcelus auerſata, ad poſtremum diſſimulato odio mitigatoque interim uultu, fugam tacite molitur.

Alexander ultor crudelitatis ſeruilis.

Vticæ conditio.

Pygmalion et Eliſa.

HISTORIA DIDONIS.

Huic coniux Sichæus erat dituſſimus agri Phœnicũ, Virgilius.

Ille Sichæum, Impius ante aras, atq; auri cæcus amore, Clam ferro incautum ſuperat.

Sichæus occiditur.

Hic commota fugam Dido, socioſq; para bat. Conue= niunt, quibus aut odiũ cru= dele tyranni, Aut metus acer erat.

Adſumptiſq; quibuſdam principibus in ſocietatem, quibus par odium in regem eſſe, eandemq; fugien di cupiditatem arbitrabatur. Tunc fratrem dolo adgreditur, fingit ſe ad eum migrare uelle, ne am plius ei mariti domus cupidæ obliuionis, grauem lu ctus imaginem renouaret, ne ue ultra amara admo nitio oculis eius occurrat. Non inuitus Pygmalion uerba ſororis audiuit, exiſtimans cum ea & aurum Sichæi ad ſe uenturum. Sed Eliſa miniſtros migra tionis a rege miſſos, nauibus cum opibus ſuis prima ueſpera imponit, prouectaq; in altum, compellit eos onera arenæ pro pecunia inuolucribus inuoluta in mare deiicere. Tunc deflens ipſa, lugubriq; uoce

Didonis aſtus

Sichæum exorat, ut libens opes ſuas recipiat, quas reliquerat, habeatq; inferias, quas habuerat cauſſa mortis. Tunc ipſos miniſtros adgreditur. Sibi qui dem ait optatam olim mortem, ſed illis acerbos cru ciatus, & dira ſupplicia imminere, qui Sichæi opes, quarum ſpe parricidium rex fecerit, auaritiæ tyran

Didonis fuga

ni ſubtraxerint. Hoc metu omnibus iniecto, comites fugæ accepit. Iunguntur & ſenatorum in ea nocte præparata agmina, atq; ita ſacris Herculis, cuius ſa cerdos Sichæus fuerat, repetitis, exilio ſedes quęrũt.

Cyprus.

Primus illis adpulſus terræ Cyprus inſula fuit, ubi ſacerdos Iouis cum coniuge, & liberis, Dei moni tu, comitem ſe Eliſæ, ſociumq; fortunæ offert, pa ctus ſibi, poſteriſq; perpetuum honorem ſacerdotii. Conditio pro manifeſto omine accepta. Mos erat

Cypriis,

Cypriis, uirgines ante nuptias, ſtatutis diebus dotalem pecuniam quæſituras, in quæſtum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas. Harum igitur ex numero .lxxx. admodũ uirgines rapi, & nauibus imponi Eliſa iubet, ut & iuuentus matrimonia, & urbs ſobolem habere poſſit. Dum hæc aguntur, Pygmalion cognita ſororis fuga, cum impio bello fugientem perſequi pararet, ægre precibus matris, & Deorum minis uictus, qui euit, cui, cũ inſpirati uates canerent, non impune laturum, ſi incrementa urbis toto orbe auſpicatiſſimæ interpellaſſet. Et hoc modo ſpacium reſpirandi fugientibus datum. Itaq; Eliſa delata in Africæ finibus, incolas loci eius, aduentu peregrinorum, mutuarumq; rerum commertio gaudentes, in amicitiã ſollicitat. Deinde empto loco, qui corio bouis tegi poſſit, in quo feſſos longa nauigatione ſocios, quoad proficiſceretur, reficere poſſet, corium in tenuiſſimas partes ſecari iubet, atq; ita maius loci ſpacium q̃ petierat, occupat, unde poſtea ei loco Byrſæ nomen fuit. Confluentibus deinde uicinis locorum, qui ſpe lucri multa hoſpitibus uenalia inferebant, ſe deſq; ibi ſtatuẽtibus, ex frequentia hominum, uelut inſtar ciuitatis effectum eſt. Vticenſium quoq; legati dona, ut conſanguineis attulerunt, hortatiq; ſunt, ut urbem conderent, ubi ſedes ſortiti eſſent. Sed & Afros detinendi aduenas amor cepit. Itaq; conſentientibus omnibus, Carthago cõditur, ſtatuto annuo

Mos Cypriorũ proſtituere uirgines ante nuptias.

Didonis in Africam aduentus.

Mercatiq; ſolum, facti de nomine Byrſam, Tauruo quantum poſſent circunda retergo.

Byrſa.

CARTHAGO CONDITVR.

tectigali pro solo urbis. In primis fundamentis caput bubalum inuentum est, quod auspicium quidem fructuosæ terræ, sed laboriosæ, perpetuoq; seruę urbis fuit, propter quod in alium locū urbs translata. Ibi quoq; caput equi repertum, bellicosum, potentemq; populum futurum significans, urbi auspicatā sedem dedit. Tunc ad opinionem nouæ urbis concurrentibus gentibus, breui & populus, & ciuitas magna facta est. Cum successu rerum, florentes Carthaginis opes essent, rex Mauritanorum Hiarbas, decem Pœnorum principibus ad se accersitis, Elisæ nuptias sub belli denunciatione petit. Quod legati reginæ referre metuentes, punico cum ea ingenio egerunt, nunciantes regem aliquem poscere, qui cultiores mores, uictusq; eum, Afros q; perdoceat, sed quenq; inueniri non posse, qui ad barbaros, & ferarum more uiuentes transire a consanguineis uellit. Tunc a regina castigati, si pro salute patriæ, asperiorem uitam recusarent, cui etiam ipsa uita, si res exigat, debeatur. Regis mandata aperuere dicentes, quæ pręcipiat aliis, ipsi facienda esse, si uelit urbi consultum esse. Hoc dolo capta, diu Sichæi uiri nomine, cum multis lachrymis, & lamentatione flebili inuocato, ad postremum ituram se, quo sua, & urbis fata uocarent, respondit. In hoc trium mēsium sumpto spacio, pyra in ultima parte urbis extructa, uelut placatura uiri manes, inferiasq; ante nuptias missura, multas hostias cædit, & sumpto gladio pyram conscen

Bouis et equi caput auspicium Carthaginis.

Hiarbas.

Punicum ingenium.

DIDONIS MORS.

conſcendit, atq; ita ad populũ reſpiciens, iturã ſe ad uirum, ſicut præceperat, dixit, uitãq; gladio finiuit. Quamdiu Carthago inuicta fuit, pro dea culta eſt. Cõdita eſt urbs hæc .lxxii. annis, anteq; Roma. Cuius uirtus ſicut bello clara fuit, ita domi ſtatus, uariis diſcordiarum caſibus, agitatus eſt. Cum inter cætera mala, etiam peſte laborarent, cruenta ſacrorũ religione, & ſcelere pro remedio uſi ſunt. Quippe homines, ut uictimas immolabant, & impuberes, quæ ætas, etiã hoſtium miſericordiam prouocat, aris admouebant, pacem Deorũ, ſanguine eorũ expoſcentes, pro quorum uita Dii rogari maxime ſolẽt. Itaq; aduerſis tanto ſcelere numinibus, cum in Sicilia diu infœliciter dimicaſſent, translato in Sardiniã bello, amiſſa maiore exercitus parte, graui prælio uicti ſunt. Propter quod ducẽ ſuum Machæũ, cuius auſpiciis, & Siciliæ partẽ domuerant, & aduerſus Afros magnas res geſſerant, cum parte exercitus, quæ ſuperfuerat, exulare iuſſerunt. Quam rem ægre ferentes milites, legatos Carthaginẽ mittunt, qui reditũ primo, ueniãq; infœlicis militiæ petãt, denunciãt, quod ſi precibus neque ant, armis ſe cõſecuturos. Cũ preces, & minæ legatorum ſpretæ eſſent, interiectis diebus, cõſcenſis nauibus armati ad urbẽ ueniunt, Ibi Deos, hominesq; teſtati, non ſe expugnatum, ſed recuperatũ patriã uenire, oſtenſuroſq; ciuibus ſuis, non uirtutem ſibi priore bello, ſed fortunam defuiſſe. Prohibitis commeatibus, obſeſſaq; urbe, in ſummã deſperationem

Carthago ante Romam cõdita annis. LXXII.

Machæus Carthaginenſium imperator exulat.

Carthaginenſes à ſuis oppugnãtur militibus.

Cartalo. Carthaginenſes adduxerunt. Interea Cartalo, Machæi ducis exulis filius, cum præter caſtra patris a Tyro, quo decimas Herculis ferre ex præda Sicilienſi, quam pater eius ceperat, a Carthaginenſibus miſſus fuerat, reuerteretur, accerſituſq; a patre eſſet, publicæ ſe prius religionis officia executurum, q̃ priuatæ pietatis reſpondit. Quam rem, & ſi ægre ferret pater, non tamen uim afferre religioni auſus eſt. Interiectis deinde diebus Cartalo, petito commeatu a populo, cum reuerſus ad patrem eſſet, ornatuſq; purpura, & infulis ſacerdotii omnium ſe oculis ingereret, tunc in ſecreto pater adducto ait, auſus ne es, nefandiſſimum caput, iſta purpura, & auro ornatus in conſpectum tot miſerorum ciuiũ uenire? & mœſta ac lugentia caſtra, circunfluentibus quiete fœlicitatis inſignibus, uelut exultabundus intrare? Nuſq̃ ne te aliis iactare potuiſti? Nullus locus aptior q̃ ſordes patris, & exilii infœlicis erumnæ fuerunt? Quid q; paulo ante uocatus, non dico patrem, ducem certe ciuium tuorũ ſuperbe ſpreuiſti? Et quid porro tu in purpura iſta, coroniſq; aliud q̃ uictoriarum mearum titulos geris? Quoniam igitur tu in patre nihil niſi exulis nomen agnoſcis, ego quoq; imperatorem me magis, q̃ patrem indicabo, ſtatuamq; in te exemplum, ne quis poſt hac infœlicibus miſeriis patris illudat, atque ita cum ornatu ſuo in altiſſimam crucem, in conſpectu urbis, affigi iuſſit. Poſt paucos deinde dies Carthaginem capit, euoca

Exemplũ crudelitatis paternæ erga filium.

Cartalo filius à patre Machæo cruci affigitur.

euocatoq; populo ad contionem, exilii iniuriam que ritur, belli neceſſitatem excuſat, contemptumq; ui ctoriarum ſuarum, punitis authoribus, miſerorum ciuium iniurioſi exilii omnibus ſe ueniam dare dicit. Atq; ita decem ſenatoribus interfectis, urbē legibus ſuis reddidit. Nec multo poſt tēpore affectati regni accuſatus, duplicis, & in filio parricidii, & in patria pœnas dedit. Huic Mago imperator ſucceſſit, cuius induſtria, & opes Carthaginenſium, & imperii fi nes, & bellicæ gloriæ laudes creuerunt.

Punita crudelitas ſeu impietas in Machæo.

LIBER XIX.

MAgo Carthaginenſium imperator, cum primus omnium ordinata diſciplina militari, imperium Pœnorum condidiſſet, uireſque ciuitatis non minus bellandi arte, q̄ uirtute firmaſſet, defungitur, relictis duobus filiis Aſdrubale, & Amilcare, qui per ueſtigia paternæ uirtutis decurrentes, ſicuti generi, ita & magnitudini patris ſucceſſerunt. Iis ducibus Sardiniæ bellum illatū. Aduerſus Afros quoque, uectigal pro ſolo urbis multorum annorum repetentes, dimicatum. Sed Afrorum ſicuti cauſſa iuſtior, ita & fortuna ſuperior fuit, bellumq; cum his ſolutione pecuniæ, non armis finitum. In Sardinia quoq; Aſdrubal grauiter uulneratus, imperio Amilcari fratri tradito interiit, cuius mortem, tum luctus ciuitatis, tum & dictaturæ undecim, & triumphi quatuor inſignem fecere. Hoſti

Mago Carthaginēſium Imperator.

Aſdrubal & Amilcar.

Bella Carthaginenſium.

Aſdrubal moritur.

bus quoq; creuere animi, ueluti cum duce Pœnorum uires concidissent. Itaq; Siciliæ populis, propter assiduas Carthaginensium iniurias, ad Leonidam fratrem regis Spartanorum concurrẽtibus, graue bellum natum, in quo & diu, & uaria uictoria prælíatum fuit. Dum hæc aguntur, legati a Dario Persarum rege Carthaginem uenerunt, afferẽtes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare, & canina carne uesci prohibebantur, mortuorum corpora cremare potius, q̃ terra obruere a rege iubebantur, petentes simul auxilia aduersus Græcos, quibus illaturus bellũ Darius erat. Sed Carthaginenses auxilia negantes, propter assidua finitimorum bella, cæteris, ne per omnia cõtumaces uiderentur, cupide paruere. Interea Amilcar bello Sicilienſi interficitur, relictis tribus filiis, Amilcone, Hannone, Gisgone. Asdrubali quoq; par numerus filiorum fuit Anibal, & Asdrubal, & Sapho. Per hos res Carthaginẽsium ea tempestate regebantur. Itaq; & Mauris bellum illatum, & aduersus Numidas pugnatũ, & Afri compulsi, stipendium urbis conditę, Carthaginensibus remittere. Deinde cum familia tanta imperatorum grauis liberæ ciuitati esset, omniaq; agerent simul, & iudicarent, centum ex numero senatorum iudices deliguntur, qui reuersis a bello ducibus rationem rerum gestarum exigerent, ut hoc metu, ita in bello imperia cogitarent, ut domi iusticiam, legesq; respicerent. In Siciliam in locum Amilcaris imperator Amilco

Bellum Siciliense.

Darij edictũ.

Amilcar occiditur.

Carthaginensium Imperatores.

Amilcari Amilco succedit.

Amilco succedit, qui cum nauali, terrestricꝫ bello secunda prælia feciſſet, repente pestilentis syderis ui exercitum amisit, quæ res, cum nunciata Carthagini esset, mœsta ciuitas fuit, omnia ululatibus non secus, ac si ipsa urbs capta esset, personabant, clausæ priuatæ domus, clausa Deorum templa, intermissa omnia sacra, omnia priuata officia damnata. Cuncti deinde ad portum congregantur, egredientesꝫ paucos e nauibus, qui cladi superfuerant, de suis percunctantur. Vt uero dubia antea spe, & sui spenso metu, incerta orbitatis expectatione casus suorum miseris eluxit, tunc toto littore plangentium gemitus, tunc infœlicium matrũ ululatus, & querelæ flebiles audiebantur. Inter hæc procedit inops e naui sua imperator Amilco, sordida, seruiliꝫ tunica discinctus, ad cuius conspectum plangentium agmina iunguntur, Ipse quoꝫ manus ad cœlum tendens, nunc sortem suam, nunc publicam fortunam deflet, nunc Deos accusat, qui tanta belli decora & tot ornamenta uictoriarũ, quæ ipsi dederant abstulerint, qui captis tot urbibus, totiesꝫ hostibus terrestri, naualiꝫ prælio uictis, exercitũ uictorem non bello, sed peste deleuerint. Deferre se tamen ciuibus suis non modica solatia, quod malis eorum hostes gaudere, non gloriari possent. Quippe neꝫ eos, qui mortui sunt a se occisos, neꝫ eos qui reuersi sunt a se fugatos possint dicere. Prædam quam relictis a se castris abstulerint, non esse talem, quam uelut spoliũ

Carthaginensium exercitus peste perijt.

Descriptio publici luctus

Exemplũ misere affectæ urbis.

ὑποτύπωσις.

Amilconis imperatoris querela.

uicti hostis ostentent, sed quam possessione uacua, fortuitis dominorum mortibus, sicuti caduca occupauerint. Quod ad hostes pertinet uictores se recessisse, quod ad pestem pertinet, uictos. Nihil tamen se grauius ferre, q̃ quod inter fortissimos uiros mori non potuerit, seruatusq; sit, non ad uitæ iucunditatem, sed ad ludibrium calamitatis, quanq; ubi miseras copiarum reliquias Carthaginem reduxerit, se quoq; secuturum commilitones suos, ostensurũq; patriæ, non ideo se in eam diem uixisse, quoniam uelit uiuere, sed ne hos, quibus nefanda lues peperceret, inter hostium exercitus relictos, morte sua proderet. Tali uociferatione per urbem ingressus, ut ad limina domus suæ uenit, prosequutam multitudinem, uelut postremo alloquio dimisit, obseratisque foribus, ac nemine ad se, ne filiis quidem admissis, mortem sibi conscisuit.

Miserabilis Amilconis exitus.

LIBER XX.

Dionysij senioris gesta.

DIonysius ex Sicilia pulsis Carthaginensibus, occupatoq; totius insulæ imperio, graue ocium regno suo, periculosamq; desidiam tanti exercitus ratus, copias in Italiam traiecit, simul ut militum uires continuo labore acuerentur, & regni fines proferrentur. Prima illi militia aduersus Græcos, qui proxima Italici maris littora tenebant, fuit, quibus deuictis, finitimos quosq; aggreditur. Omnesq;, Græci nominis, Italiam possidentes hostes sibi destinat,

ſtinat, quę gentes non partem, ſed uniuerſam ferme Italiam ea tempeſtate occupauerant. Denicꝫ multæ urbes adhuc poſt tantam uetuſtatem, ueſtigia Græci moris oſtentant. Nancꝫ Tuſcorũ populi, qui oram inferi maris poſſident, a Lydia uenerunt. Et Venetos quos incolas ſuperi maris uidemus, capta, & expugnata Troia Antenore duce miſit. Adria quoꝫ Illyrico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomẽ dedit, Græca urbs eſt. Et Arpos quam Diomedes, exciſo Ilio, naufragio in ea loca delatus, condidit. Sed & Piſę in Liguribus Græcos authores habent. Et in Tuſcis Tarquinia a Theſſalis, & Spinambris Peruſini quoꝫ originem ab Achęis ducunt. Quid Cere urbem dicam? Quid Latinos populos? qui ab Aenea conditi uidentur. Iam Faliſci, Iapigii, Nolani, Abelani, nonne Chalcidenſium coloni ſunt? Quid tractus omnes Campaniæ? Quid Brutii, Sabiniꝫ? Quid Samnites? Quid Tarentini, quos Lacedæmonia profectos, Spurioſꝫ uocatos accepimus? Thurinorum urbem condidiſſe Philoctetem ferunt, ibiꝫ adhuc monumentum eius uiſitur. Et Herculis ſagittæ in Apollinis templo, quę fatum Troiæ fuere. Metapontini quoꝫ in templo Mineruæ ferramenta, quibus Epeus a quo conditi ſunt, equum Troianum fabricauit, oſtentant, propter quod omnis illa pars Italiæ maior Græcia adpellatur. Sed principio originum Metapontini cũ Sybaritanis, & Crotonienſibus pellere cæteros Grę

MAGNA GRAECIA.

Epeus Troiani equi faber

Bella Italorũ inter ſeſe.

*Exemplū ce-
lebratiōet im-
pietatis.*

cos Italia ſtatuerunt. Cum primum urbem Syrim cepiſſent in expugnationem eius quinquaginta iuue nes amplexos Mineruæ ſimulacrum, ſacerdotemq; Deæ uelatum ornamentis inter ipſa altaria trucida uerunt. Ob hoc cum peſte, & ſeditionibus uexaren

Crotoniēſes.

tur, priores Crotonienſes Delphicum oraculum adierunt. Reſpōſum his eſt, finem mali fore, ſi uio latum Mineruæ numen, & interfectorū manes pla caſſent. Itaq; cum ſtatuas iuuenibus iuſtę magnitudi

Metapontini

nis, & in primis Mineruę fabricare cepiſſent, Meta pontini cognito oraculo Deorum occupandam ma num, & pacem Deæ rati, iuuenibus modica, & la pidea ſimulacra ponunt, & Deam panificiis placant. Atq; ita peſtis utrobiq; ſedata eſt, cum alteri magni ficentia, alteri uelocitate certaſſent. Recuperata ſa

*Bellū Croto-
nienſiū cum
Locrenſibus.*

nitate non diu Crotonienſes quieuere. Itaq; indi gnantes, in oppugnatione Syris, auxilium contra ſe à Locrenſibus latum, bellum his intulerunt. Quo metu territi Locrenſes, ad Spartanos decurrunt, au xilium ſupplices deprecantur. Illi longinqua militia grauati auxilium a Caſtore, & Polluce petere eos

*Caſtor.
Pollux.*

iubent. Neq; legati ſociæ urbis reſponſum ſpreue runt. Profectiq; in proximum templum facto ſacri ficio auxilium Deorum implorant, litatis hoſtiis, obtentoq; ut rebantur, quod petebant, haud ſecus læti, q̄ſi Deos ipſos ſecum aduecturi eſſent, pului naria iis in naui componunt, fauſtiſq; profectioni bus, ſolatia ſuis pro auxiliis deportant. Iis cognitis

Crotonienſes

Crotonienſes & ipſi legatos ad oraculũ Delphos mittunt, uictoriæ facultatẽ, bellicq; proſperos euentus deprecantes. Reſpõſum prius uotis hoſtes, cq; armis uincendos. Cũ uouiſſent Apollini decimas prædæ, Locrenſes, & uoto hoſtiũ, & reſponſo Dei cognito nonas uouerunt, tacitãcq; eã rem habuere, ne uotis uincerentur. Itacq; cũ in aciem proceſſiſſent, & Crotonienſiũ. c. xx. millia armatorũ conſtitiſſent, Locrenſes paucitatẽ ſuã circunſpicientes (nam ſola. xv. millia militũ habebant) omiſſa ſpe uictoriæ in deſtinatam mortẽ conſpirant, tantuſcq; ardor ex deſperatione ſingulos cepit, ut uictores ſe putarent, ſi non inulti morerentur. Sed dum mori honeſte quęrunt, fœlicius uicerunt. Nec alia cauſſa uictoriæ fuit, cq; quod deſperauerunt. Pugnantibus Locris, Aquila ab acie nuncq; receſſit, eoſcq; tam diu circunuolauit, quo ad uincerent. In cornibus quoq; duo iuuenes diuerſo a cæteris armorũ habitu, eximia magnitudine, & albis equis, & coccineis paludamentis pugnare uiſi ſunt. Nec ultra adparuerunt, quã pugnatũ eſt. Hanc admirationẽ auxit incredibilis famæ uelocitas. Nam eadem die, qua in Italia pugnatum eſt, & Corynthо, & Athenis, & Lacedæmone nunciata eſt uictoria. Poſt hæc Crotonienſibus nulla uirtutis exercitatio, nulla armorũ fuit. Oderant enim quæ infœliciter ſumpſerant, mutaſſentcq; uitam luxuria, ni Pythagoras philoſophus fuiſſet. Hic Sami, Demarato locuplete negotiare patre natus, magniſque

Oraculum.

Vota Crotonienſium et Locrenſium.

Deſperatio.

Victoria Locrenſium de Crotoniatis.

Augurium.

DE PYTHAGORA.

Pythagoræ peregrinatio.

sapientiæ incremẽtis formatus, Aegyptum primo, mox Babyloniam ad perdiscendos syderum motus, originemq; mundi spectandã, profectus, summam scientiam consecutus erat, Inde regressus Cretam, & Lacedæmona ad cognoscendas Minois, & Lycurgi inclitas ea tempestate leges, contenderat, quibus omnibus instructus Crotonem uenit, populumq; in luxuriam lapsum, auctoritate sua ad usum frugalitatis reuocauit. Laudabat quotidie uirtutem & uitia luxuriæ contemnebat, casusq; ciuitatum hac peste perditarum enumerabat, tantumq; studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, ut aliquos ex his luxuriatos in optimam frugẽ conuersos fuisse incredibile uideretur. Matronarum quoq; separatam a uiris doctrinam, & puerorum a parentibus frequẽter habuit. Docebat nunc has pudicitiã, & obsequia in uiros, nunc illos modestiam, & literarum studiũ.

Pythagoræ doctrina apud Crotonienses.

Frugalitas.

Inter hæc uelut genitricem uirtutum frugalitatẽ omnibus ingerebat, consequutusq; assiduitate disputationum erat, ut matronæ auratas uestes, cæteraq; dignitatis suæ ornamenta, uelut instrumẽta luxuriæ deponerent, eaq; omnia delata in Iunonis ædem ipsi deæ consecrarent, præferens uera ornamenta matronarum pudicitiam, non uestes esse. In iuuentutẽ quoq; quantum profligatum sit, uicti fœminarum contumaces animi manifestant. Sed .ccc. ex iuuenibus cũ sodalitii iure, sacramento quodã nexi, separatam a ciuibus cæteris uitam exercerent, quasi cætum clandesti

clandestinæ coniurationis haberent, ciuitatem in se conuerterunt, quæ eos, cum in unam domum conueniissent, cremare uoluit. In quo tumultu .lx. ferme homines periere, cæteri in exilium profecti. Pythagoras autem cum annos .xx. Crotone egisset, Metapontum migrauit, ibiq; decessit, cuius tanta admiratio fuit, ut ex domo eius templum facerent, eumq; pro Deo colerent. Igitur Dionysius tyrannus quem supra a Sicilia exercitum in Italiam traiecisse, bellumq; Græcis intulisse memorauimus, expugnatis Locris, Crotonienses, uix uires longo ocio ex prioris belli clade resumentes, adgreditur, qui fortius, cum paucis, tanto exercitui eius, cꝫ antea cum tot millibus Locrensium paucitati restiterunt. Tantum uirtutis paupertas aduersus insolentes diuitias habet, tantoq; insperata interdum, sperata uictoria certior est. Sed Dionysium gerentem bellum legati Gallorum, qui paucos ante menses Romam incenderunt, societatẽ, amicitiamq; petentes adeunt, gentemq; suam inter hostes eius positam esse, magnoq; usui ei futurũ, uel in acie bellanti, uel de tergo intentis in præliũ hostibus adfirmant. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate, & auxiliis Gallorũ auctus, bellũ, uelut ex integro, restaurat. Iis autẽ Gallis, caussa in Italiã ueniendi, sedesq; nouas quærẽdi intestina discordia, & assiduæ domi dissensiones fuere, quarũ tedio cũ in Italiã ueniissent, sedibus Thuscos expulerunt, & Mediolanũ, Comũ, Brixiã Ve

Pythagoræ mors.

Redit ad Dionysium.

Vincitur Dionysius à Crotonienſibus.

Egregiũ Epiphonema.

Gallorũ legati ad Dionysium.

Cur Italiã inuaserint Galli

Vrbes à Gallis conditæ.

ronam, Bergomũ, Tridentũ, Vincentiã condidere runt. Thusci quoq; duce Rheto, auitis sedibus amissis, alpes occupauere, & nomine ducis gentem Rhetiorum cõdiderunt. Sed Dionysium in Siciliam aduentus Carthaginensiũ reuocauit, qui recuperato exercitu, bellũ quod lue deseruerant, auctis uiribus repetebant. Dux belli Hanno Carthaginensis erat, cuius inimicus Suniator potentissimus ea tempestate Pœnorum, cũ odio eius Græcis literis Dionysio aduentũ exercitus, & segnitiã ducis, familiariter prænunciasset, cõprehensis epistolis, proditionis damnatur, facto senatusconsulto, ne quis postea Carthaginensis, aut literis Græcis, aut Græco sermoni studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset. Nec multo post Dionysius, quẽ paulo ante non Sicilia, non Italia capiebat, assiduis bellicertaminibus uictus, fractusq; ad postremum in sidiis suorum, interficitur.

Hanno.

Suniator.

Edictum Carthaginensiũ.

Hic Dionysius gloriabatur se regnũ adamãte munitũ parasse, quod tamẽ filij ignauia est postea euersum.

LIBER XXI.

DIONYSIVS IVNIOR

EXtincto in Sicilia Dionysio tyranno, in locum eius milites maximum natu ex filiis eius, nomine Dionysium suffecere, & maturam ætatem eius secuti, & quod firmius esset regnum, si penes unum remansisset, cq; si portionibus inter plures filios diuideretur, arbitrantur. Sed Dionysius inter initia regni, auunculos fratrum suorum, uelut æmulos imperii sui hortatoresq; puerorum ad diuisionem regni, tollere gestiebat.

Reliquerat enim Dionysius rex duabus uxoribus liberos Locrina tres & Aristomacha Dionis sorore quatuor. Vide Plutar. & Diodorũ.

Quare

Quare paulisper dissimulatũ animũ prius, ad fauorẽ populariũ cõciliandũ intendit, excusatius facturus quod statuerat, si probatus ante omnibus foret. Igi tur nexorẽ tria millia e carcere dimittit, tributa popu lo per triennĩ remittit, & quibuscũq; delinimẽtis potest, animos omniũ sollicitat. Tunc ad destinatũ facinus cõuersus, nõ cognatos tantũ fratrũ, sed etiã ipsos fratres interficit, ut quibus cõsortiũ regni debe bat, ne spiritus quidẽ cõsortii relinqueretur, tyranni dẽ in suos prius q̃ in externos auspicatus. Sublatis de inde æmulis, in segnitiẽ lapsus, saginã corporis ex ni mia luxuria, oculorũ quoq; ualetudinẽ contraxit, adeo ut nõ solẽ, nõ puluerẽ, nõ deniq; splendorẽ fer re lucis ipsius posset. Propter quę, dũ contemni se pu tat, segnitia grassatur, nec ut pater carcerẽ nexis, sed cę dibus ciuitatẽ replet, ob quæ nõ cõtemptior omni bus, q̃ inuisior fuit. Itaq; cũ bellũ aduersus eũ Syra cusani decreuissent, diu dubitauit, an imperiũ depo neret, an bello resisteret, sed a militibus prædã, ur bisq; direptionẽ sperantibus, descendere in pręliũ cogitur. Victus, cũ iterato non fœlicius fortunã ten tasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens se depositurũ tyrannidẽ, si mitterent ad eũ, cũ quibus de pace cõueniret. In quã rem missos primores in carcere retinet, atq; ita incautis omnibus, nec quic quã hostile metuentibus, exercitum ad delendam ci uitatem mittit. Fit igitur in ipsa urbe anceps præ lium, in quo, oppidanis multitudine superantibus,

Dionysij popularis largitio.

Impietatis exemplũ.

Crudelitatis exemplum et tyranni.

Dionysio bellũ intulit cũ Syracusanis Dion, de quo Plutarchus.

Demosthenes Philip. 2. βασιλεύς ἢ τύραννος ἅπας, ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ, καὶ νόμοις ἐναντίος.

Dionysij fuga ex Syracusis.

Dionysius pellitur, qui cum obsidionem arcis timeret, cum omni regio adparatu in Italiam profugit tacitus. Exul a Locrensibus sociis acceptus, uelut iure regnaret, arcem occupat, solitamq; sibi sæuitiam exercet. Coniuges principum ad stuprum rapi iubebat, uirgines ante nuptias abducebat, stupratasq; sponsis reddebat. Locupletissimos quosq;, aut ciuitate pellebat, aut occidi imperabat, bonaq; eorum inuadebat. Deinde cum rapinæ occasio deesset, uniuersam ciuitatem callido commento circunuenit.

Tyranni scelerα,νόμωά τε κινεῖ πάξια, ἡ βιᾶ τῆ γωᾶικας κτένει τε ἀκείτως. Vide Otanis orõem in Herod. lib. 3. cõtra Tyrannidem.

Cum Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenses premerentur, uouerunt, si uictores forent, ut die festo Veneris, uirgines suas prostituerent. Quo uoto intermisso, cum aduersa bella cum Lucanis gererent, in contionem eos Dionysius uocat, hortatur, ut uxores, filiasq; suas in templum Veneris cõq; possint ornatissimas mittant. Ex quibus sorte centum ductæ uoto publico fungantur, religioniscq; gratia uno stent in lupanari mense, omnibus ante iuratis uiris, ne quis ullam attaminet, quæ res, ne uirginibus uoto ciuitatem soluentibus fraudi esset, decretum facerent, ne qua uirgo nuberet prius cõq; illæ maritis traderentur. Probato consilio, & quo superstitioni, & pudicitię uirginum consulebatur, certatim omnes fœminæ impensius exornatæ, in templum Veneris conueniunt, quas omnes Dionysius immissis militibus spoliat, ornamentaq; matronarum in prędã suã uertit. Quarundã uiros ditiores interficit;

Crudelitas Dionysij.

quasdam

quasdam ad prodendas uirorum pecunias torquet. Cum his artibus per annos sex regnasset, conspiratione Locrorum ciuitate pulsus, in Siciliam redit, Ibi Syracusas, securis omnibus, post longam inter capedinem pacis, per proditionem recepit. Dum hæc in Sicilia geruntur, interim in Africa princeps Carthaginensium Hanno opes suas, quibus Rei publicæ superabat uires, ad occupandam dominationem intendit, regnumque inuadere interfecto senatu conatus est: Cui sceleri, solennem nuptiarum diem filiæ suæ legit, ut religione uotorum, nefanda committeret, & nefanda commenta facilius tegerentur. Itaque plebi epulas in publicis porticibus, senatui in domo sua parat, ut poculis ueneno infectis, secretius senatum, & sine arbitris interficeret, orbamque Rempublicam facilius inuaderet. Quare magistratibus per ministros prodita, scelus declinatum non uindicatum est, ne in uiro tam potenti, plus negocii faceret res cognita q̃ cogitata. Contenti itaque cohibuisse decreto modum nuptiarum sumptibus statuunt, idque obseruari non ab uno, sed ab uniuersis iubent, ne persona designata, sed uitia correpta esse uiderentur. Hoc consilio prę uentus, iterum seruitia concitat, statutaq; rursus cædium die, cum denuo se proditum uideret, timens iudicium, munitum quoddam castellum cum uiginti millibus seruorum armatis occupat. Ibi dum Afros, regemq; Mauritanorum concitat, capitur. Virgisq;

Politur Syracusis rursus Dionysius.

DE REBVS CARTHAGINENSIVM.

Hannonis impium & nefandũ scelus.

Herodotus. τῶν μεγάλων ἀδικημάτων, μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν.

cæsus, effossis oculis, & manibus cruribusq; fractis, uelut a singulis membris pœnæ exigerentur, in conspectu populi occiditur, corpus uerberibus lacerum in cruce figitur. Filii quoq; cognatiq; omnes etiam innoxii supplicio traduntur, ne quisq; aut ad imitandum facinus, aut ad mortem ulciscendam ex tam nefaria domo supereſſet. Interea Dionysius Syracusis receptus, cum grauior, crudelior q; indies ciuitati esset, iterata conspiratione obsidetur. Tunc depositio imperio arcem Syracusanis cũ exercitu tradidit, receptoq; priuato instrumento Corynthum in exiliũ proficiscitur. Ibi humillima quæq; tutissima existimans, in sordidissimum uitæ genus descendit. Non contentus in publico uagari, sed potare, nec conspici in popinis, lupanaribusq; sed totis diebus residere. Cum perditissimo quoq; de minimis rebus disceptare, pannosusq;, & squalidus incedere, risum libentius prebere, q̃ captare, in macello perstare, quæ emere non poterat, oculis deuorare, apud ædiles aduersus lenones iurgari, omniaq; ita facere, ut contemnendus magis quam metuendus uideretur. Nouissime se ludi magistrum professus, pueros in triuio docebat, ut aut a timentibus semper in publico uideretur, aut a non timentibus facilius contemneretur. Nam licet tyrannicis uitiis semper abundaret, tamen simulatio hæc uitiorum, non naturæ erat, magisq; hæc arte, q̃ amisso

Timoleonti & se & arcẽ Dionysius tradit, unde Diodorũ & Plutarchum. Mirũ uariãtis fortunæ exemplum.

Διονύσιος τότε τῷ ἐρῶντι τῶν πλουσίων χλευήν, τὸν πλάτωνος ἀπολαύοντα σοφίας, μῶν οὐκ οἶσθ' ἔφη ὅτι οὐδὲν δοκοῦμεν ἧττον τοῦ πλάτωνος ὠφελεῖσθαι, τηλικαῦτα οὕτω πρᾶος φέροντες βίου μεταβολήν;

Nulla tyrannis perpetua.

regali

regali pudore faciebat, expertūs q̄ inuisa tyrannorū forent, etiam sine opibus, nomina. Laborabat itaq́, inuidiam præteritorum, contemptu pr̄sentiū, deme re, neq́ honesta, sed tuta consilia circūspiciebat. In ter has tamē dissimulationū artes, ter insimulatus est affectatr̄ tyrannidis, nec aliter, q̄q́ dum cōtemnitur li beratus est. Inter hæc Carthaginenses tanto successu rerū Alexandri Magni exterriti, uerētes, ne Persico regno, & Africā uellet adiungere, mittūt ad speculā dos eius animos Amilcarem cognomēto Rhodanū, uirum solertia facundiaq́ pr̄ter cæteros insignem. Augebant enim metum, & Tyrus urbs auctor origi nis suæ capta, & Alexandria æmula Carthaginis in terminis Africæ, & Aegypti, condita, & fœlicitas re gis, apud quē nec cupiditas, nec fortuna ullo modo terminabantur. Igitur Amilcar per Parmenionem aditu regis obtento, profugisse se ad regē, expulsum patria fingit, militemq́ se expeditionis offert. Atq́ ita consiliis eius exploratis, in tabellis ligneis, desu per cæra uacua inducta, ciuibus suis omnia perscribe bat. Sed Carthaginenses post mortē regis reuersum in patriam quasi urbē regi uendicasset, non ingrato tantum, uerum etiam & crudeli animo necauerunt.

De Carthagi nēsium rebus

Amilcar Rho danus.

Exemplum in gratitudinis.

LIBER XXII.

AGathocles Siciliæ tyrānus, q̄ magnitudini prioris Dionysii successit, ad regni maiestatē ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre

Agathocles Siciliæ tyran= nus ex patre figulo natus.

figulo natus, non honestiorem pueritiam, q̃ princi
pia originis habuit. Siquidem forma, & corporis pul
chritudine egregius, diu uitam stupri patientia ex-
hibuit. Annos deinde pubertatis egressus, libidinẽ
a uiris ad fœminas transtulit. Post hæc apud utrũq;
sexum famosus, uitam latrociniis mutauit. Interie
cto tempore, cum Syracusas concessisset, accituſq;
in ciuitatem inter incolas esset, diu sine fide fuit,
quoniam nec in fortunis quod amitteret, nec in ue
recundia, quod inquinaret habere uidebatur. In
summa gregariam militiam sortitus, non minus tũc
seditiosa, q̃ antea turpi uita in omne facinus prom
ptissimus erat. Nam & manu strenuus, & in contio
nibus perfacundus habebatur. Breui itaq; centurio,
ac deinceps tribunus militum factus est. Primo bel
lo aduersus Aetneos magna experimenta sui Syra
cusanis dedit, sequenti Campanorum, tantam de se
spem omnibus fecit, ut in locum demortui ducis Da
mascenis sufficeretur, cuius uxorem adulterio cogni
tam, post mortem uiri, in matrimonium recepit.
Nec contentus quod ex inope repente dives factus
esset, piraticam aduersus patriam exercuit. Saluti
ei fuit quod socii capti, tortique de illo negauerunt.
Bis occupare imperium Syracusarum uoluit, bis in
exilium actus est. A Murgantinis, apud quos ex
ulabat, odio Syracusanorum primo prætor, mox
dux creatur, in eo bello, & urbẽ Leontinorũ capit,
& urbẽ Syracusas obsidere cœpit, ad cuius auxilium

Mores Agathoclis.

Agathoclis descriptio.

Agathocles tribunus militum creatur.

Agathoclis gesta.

Agathocles obsidet Syracusas.

Amilcar

Amilcar dux Pœnorum imploratus, depositis hostilibus odiis, præsidia militũ mittit. Ita uno & eodem tempore, Syracusæ & ab hoste ciuili amore defensæ, & a ciue hostili odio impugnatæ sunt. Sed Agathocles cũ uideret fortius defendi urbem q̃ oppugnari, precibus per internuncium Amilcarem exorat, ut inter se, & Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum officia sui repromittens, qua spe impletus Amilcar, societatem cum eo metu potentiæ eius iungit, ut quantum uirium Agathocli aduersus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad incrementa domesticæ potentiæ recuperaret. Igitur non pax tantum Agathocli conciliatur, uerũ etiã prętor Syracusis constituitur. Tunc Amilcari expositis ignibus cæreis, tactisq; in obsequia Pœnorũ iurat. Deinde acceptis ab eo quinq; millibus Afrorũ, potentissimos quosq; ex principibus interficit, atq; ita ueluti Reip. statum formaturus, populum in theatrum ad contionem uocari iubet, contracto in gymnasio senatu, quasi quædam prius ordinaturus. Sic compositis rebus imminentibus militibus populum obsidet, senatũ trucidat, cuius peracta cæde, ex plebe locupletissimos, & promptissimos quosq; interficit. Iis ita gestis, militem legit, exercitumq; conscribit, quo instructus finitimas ciuitates, nihil hostile metuentes, ex improuiso aggreditur. Pœnorum quoque socios, permittente Amilcare, fœde iniuriis uexat. Propter quod querelas Carthaginem socii non tam de Agathocle,

Prætor Syracusis cõstituitur Agathocles.

Tyrannus.

Cædes ab Agathocle patratæ.

Amilcar.

q̃ de Amilcare detulerunt, hunc ut Dominum & tyrannum, illum ut proditorem arguentes, a quo infestissimo hosti fortunæ sociorum, interposita pactione, donatæ sint, cui ab initio Syracusæ in pignus societatis sint traditæ. Vrbs semper Pœnis infesta, & de imperio Siciliæ Carthaginis æmula, nunc insuper ciuitates sociorum eidem pacis titulo traditæ sint. Denunciare igitur se, hæc breui ad ipsos redundatura, ac propediem sensuros, quantum mali non Siciliæ magis, q̃ ipsi Africæ attulerint. His querelis senatus in Amilcarem accenditur. Sed quoniam in imperio esset, tacita de eo suffragia tulerunt, & sententias, prius q̃ recitarentur, in urnam conjectas, obsignari iusserunt, donec alter Amilcar Gisgonis filius a Sicilia reuerteretur. Sed hæc callida commenta Pœnorum, & sententias inauditas, mors Amilcaris præuenit, liberatusque est fati munere, quem sui per iniuriam ciues inauditam damnauerant. Quæ res Agathocli aduersus Pœnos occasionem mouendi belli dedit. Prima igitur illi cum Amilcare Gisgonis filio prælii congressio fuit. A quo uictus, maiori mole reparaturus bellum, Syracusas concessit. Sed secundi certaminis eadem fortuna, quæ & prioris fuit. Cum igitur uictores Pœni, Syracusas obsidione cinxissent, Agathoclesque se, nec uiribus parem, neque ad obsidionem ferendam instructum uideret, super hæc a sociis crudelitate eius offensis, desertus esset, statuit bellum in

Amilcar moritur.

BELLVM AGATHOCLIS *cum Carthaginẽsibus.*

Bis uincitur Agathocles.

Africam

Africam̃ transferre, mira prorsus audacia, ut qui bus in solo urbis suæ par non erat, eorum urbi bel lum inferret, & qui sua tueri non poterat, impugna ret aliena, uictusque uictoribus insultaret. Huius consilii non minus admirabile silentium, q̃ commen tum fuit, populo hoc solum professus, inuenisse se uictoriæ uiam. Animos illi tantum in breuem obsi dionis pacientiam, firmarent, uel si cui status præsen tis fortunæ displiceret, dare se ei discedendi liberam potestatem. Cum mille sexcenti discessissent, cæte ros ad obsidionis necessitatem frumento, & stipen dio instruit, quinquaginta tantum secum talenta ad præsentem usum affert, cætera, ex hoste melius, q̃z ex sociis paraturus. Omnes deinde seruos militaris ætatis libertate donatos sacramento adegit, eosq̃z, & maiorem partem ferme militum nauibus imponit, ratus, exæquata utriusq̃z ordinis conditione, mutu am inter eos uirtutis æmulationem futuram, cæte ros omnes ad tutelam patriæ relinquit. Septimo igitur imperii anno, comitibus duobus adultis filiis Archagatho, & Heraclida nullo militum sci ente, quo ueherentur, cursum in Africam diri git. Cum omnes aut in Italiam prædatum se, aut in Sardiniam ituros crederent, tum primo expo sito in Africæ littore exercitu, consilium suum om nibus aperit. Quo in loco Syracusæ positæ sint, ostendit, quibus aliud nullum auxilium superes set, q̃z ut hostibus faciant, quæ ipsi paterentur.

Agathoclis audacia, qui uictus uictoribus Cartha bellum infert.

Transfert bel lum ex Sicilia in Africam Agathocles oppressus.

Agathoclis oratio ad mi lites hortato ria.

Propositio à periculo.

ἀπολογία propositionis

Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, quæ patriæ uires submini strent, foris hostem etiam suis uiribus uinci, deficiẽ tibus sociis, & odio diuturni imperii externa auxilia circunspicientibus. Huc accedere, quod urbes, ca stellaq; Africæ non muris cinctæ, non in montibus positæ sint, sed in planis campis sine ullis munimen tis iaceant, quas omnes metu excidii facile ad belli so cietatem perduci posse. Maius igitur Carthaginensi bus ex ipsa Africa, q̃ ex Sicilia exarsurum bellum, coituraq; auxilia omnium aduersus unam urbem, no mine quã opibus ampliorem, & quas non attulerit uires, inde sumpturum. Nec in repentino Pœnorũ metu modicum momentum uictoriæ fore, qui tan ta audacia hostium perculsi trepidaturi sunt. Acces sura, & uillarum incendia, castellorum, urbiumq; contumacium direptionem, tum ipsius Carthaginis obsidionem. Quibus omnibus non sibi tantum in alios, sed & aliis in se sentirent patere bella. His nõ solum Pœnos uinci, sed & Siciliam liberari posse. Nec enim moraturos in eius obsidione hostes cum sua urgeantur. Nusquã igitur alibi facilius bellum, sed nec prædam uberiorem inueniri posse. Nam capta Carthagine omnem Africam, Siciliamq; prę mium uictorum fore. Gloriam certe tam honestæ militiæ tantam in omne ætium futuram, ut determi nari nullo tempore obliuionis possit, ut dicatur eos solos mortalium esse, qui bella, quę domi ferre non poterant,

A facili et op portuno.

Ab honesto.

Ab utili & præmijs.

Gloria.

poterant, ad hoſtes tranſtulerint, ultroq; uictores inſecuti ſunt, & obſeſſores urbis ſuæ obſederint. Omnibus igitur forti, ac lęto animo bellum ineundum, quod nullum aliud poſſit, aut præmium uictoribus uberius, aut uictis monimentum illuſtrius dari. His quidem adhortationibus animi militũ erigebantur, ſed terrebat eos portenti uiſio, quod nauigantibus eis ſol defecerat. Cuius rei rationem non minore cura rex cõq; belli reddebat, adfirmans, ſi prius quã proficiſcerentur factum eſſet, credi ad uerſum profecturos prodigiũ eſſe, nunc quia egreſſis acciderit, illis ad quos eatur portendere. Porro defectus naturalium ſyderum ſemper præſentem rerum ſtatum mutare, certumq; eſſe florentibus Carthaginenſium opibus, aduerſiſq; rebus ſuis commutationem ſignificari. Sic cõſolatis militibus, uniuerſas naues, cõſentiente exercitu, incendi iubet, ut omnes ſcirent, auxilio fugæ adempto, aut uincendũ, aut moriendũ eſſe. Deinde cũ omnia, quacunq; ingrederẽtur, proſternerent, uillas, caſtellaq; incenderent, obuius his fuit cũ. xxx. millibus Pœnorũ Hanno dux, & prælio commiſſo, duo de Siculis, tria millia de Pœnis cum ipſo duce cecidere. Hac uictoria & Siculorũ animi eriguntur, & Pœnorũ franguntur. Agathocles uictis hoſtibus urbes, caſtellaq; expugnat, prędas ingentes agit, hoſtiũ multa millia trucidat. Caſtra deinde in quinto lapide a Carthagine ſtatuit, ut

Peroratio.

Solis defectus

Prodigij interpretatio.

Secutus eſt Alexandrum Magnũ, qui naues ex Aſia domum remittebat, ut omnem fugiendi ſpem militibus præcideret.

Egregia atq; mirabilis uictoria Agathoclis de Carthagin.

Agathoclis ſucceſſus.

damna cariſſimarum rerũ, uaſtitatemq; agrorũ, & incendia uillarũ de muris ipſius urbis ſpecularentur. Interea ingens tota Africa deleti Pœnorum exercitus fama, occupatarũq; urbium diuulgatur. Stupor itaq; omnes, & admiratio inceſſit, unde tanto imperio tam ſubitum bellum, præſertim ab hoſte iam uicto. Admiratio deinde paulatim in contemptum Pœnorum uertitur. Nec multo poſt non Africa tantum, uerũ etiã urbes nobiliſſimæ nouitatẽ ſecutæ, ad Agathoclẽ defecere, frumentoq;, & ſtipendio uictorẽ extruxere. His Pœnorũ malis, etiã deletus in Sicilia cũ imperatore exercitus, uelut quidã ærumnarũ cumulus acceſſit. Nã poſt profectionẽ a Sicilia Agathoclis, in obſidione Syracuſarum, Pœni ſegniores redditi, ab Antandro fratre regis Agathoclis occiſione cæſi nunciabantur. Itaq; cũ domi foriſq; eadẽ fortuna Carthaginenſium eſſet, iam non tributariæ tantũ ab his urbes, uerum etiã ſocii reges deficiebant, amicitiarũ iura non fide, ſed ſucceſſu ponderantes. Erat inter cæteros rex Cyrenarũ Offellas, qui ſpe improba regnum totius Africę amplexus, ſocietatẽ cum Agathocle per legatos iũnxerat, pactuſq; cũ eo fuerat, ut Siciliæ illi, ſibi Africę imperiũ, uictis Carthaginenſibus cederet. Itaq; cũ ad belli ſocietatẽ cũ ingẽti exercitu ipſe ueniſſet, Agathocles blando alloquio, & humili adulatione, cũ ſæpius ſimul cœnaſſent, quia filius eius ab Offella adoptatus

Defectio Africorũ ad Agathoclem.

Vincuntur in Sicilia quoq; Pœni.

Xenophon.

ὧν μὲν ἐν ταῖς θυμηδίαις ταύταις φαίνεσθαι, οὐδὲν θαυμαστόν. ὅταν δὲ τινες ἐν συμφοραῖς γενόμενοι φίλων βέβαιοι θανῶσι, τοῦτ' εἰς ὃν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται.

adoptatus esset, incautũ eũ interfecit, occupatoq; exercitu eius, iterato Carthaginẽses omnibus uiribus bellũ cientes, magno utriusq; exercitus sanguine graui prœlio superat. Hoc certaminis discrimine, tanta desperatio illata Pœnis est, ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio esset, trãsiturus ad eũ Bomilchar, dux Pœnorũ, cũ exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro a Pœnis patibulo suffixus est, ut idẽ locus monumentũ suppliciorũ eius esset, qui ornamẽtum ante fuerat honorum. Sed Bomilchar magno animo crudelitatẽ ciuiũ tulit, adeo ut de summa cruce ueluti de tribunali in Pœnorũ scelera concionaretur, obiectans illis nunc Hannonẽ falsa adfectati regni inuidia circunuentũ, nunc Gisgonis innocentis exiliũ, nunc in Amilcarẽ patruũ suũ tacita suffragia, quod Agathoclẽ sociũ illis facere, q; hostẽ maluerit. Hæc cũ in maxima populi cõtione uociferatus esset, expirauit. Interea Agathocles profligatis in Africa rebus, tradito Archagatho filio exercitui in Siciliam recurrit. Nihil actum in Africa existimans, si amplius Syracusæ obsiderentur. Nam post occisum Amilcarem Gisgonis filium, nouus eo a Pœnis missus exercitus fuerat. Statim igitur primo aduentu eius, omnes Siciliæ urbes auditis rebus, quas in Africa gesserat, certatim se ei tradunt, atque ita pulsis e Sicilia Pœnis, totius insulæ imperium occupauit. In Africam deinde reuersus, seditione militũ excipitur. Nam stipendiorũ solutio in aduentũ patris

Offellã Cyrenarũ regẽ occidit per dolũ Agathocles.

Noua Carthaginensiũ cædes.

Bomilchar cruci adfigitur.

Agathocles in Siciliam reuersus totius insulæ imperiũ occupat.

dilata a filio fuerat. Igitur ad contionẽ uocatos blan dis uerbis permulsit, stipendia illis non a se flagitan da esse, sed ab hoste quęrenda, communem uicto- riam, communem prædam futuram, Paululum mo do anniterentur dum belli reliquiæ peraguntur, cum sciant Carthaginem captam, spes omnium expletu- ram. Sedato militari tumultu, interiectis diebus, ad castra hostium exercitum ducit. Ibi inconsultius prælium committendo, maiorem partem exercitus perdidit. Cũ itaq; in castra fugisset, uersamq; in se inuidiam temere commissi belli uideret, pristinamq; offensam non depensi stipendii metueret, concubia nocte solus a castris cum Archagatho filio profugit, quod ubi milites cognouere, haud secus, q̃ si ab ho ste capti essent trepidauere. Bis se a rege suo in me- diis hostibus relictos esse proclamantes, salutemq; suam desertam ab eo esse, quorum ne sepultura qui dem relinquenda fuerat. Cum persequi regem uel lent, a Numidis excepti in castra reuertuntur, com præhenso tamen Archagatho, qui a patre, noctis errore discesserat. Agathocles autem nauibus qui- bus fuerat a Sicilia regressus, cum custodibus earun dem Syracusas defertur. Exemplum flagitii singula re rex exercitus sui desertor, filiorumq; pater prodi tor. Interim in Africa post fugam regis, milites pa ctione cum hostibus facta, interfectis Agathoclis fi liis, Carthaginensibus se tradidere. Archagathus cum occideretur ab Arcesilao amico antea patris, rogauit

Agathocles uincitur à pœ nis.

Agathoclis fu ga.

Exemplũ per fidiæ & pro= ditionis.

Archagati mors.

rogatuit eum, quid nam liberis eius facturum Agathoclem putet, per quem ipse liberis careat. Tunc respondit satis habere se, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat. Post hæc Pœni ad perse quendas belli reliquias, duces in Siciliam miserũt, cũ quibus Agathocles pacẽ æquis cõditionibus fecit.

LIBER XXIII.

AGathocles rex Sicilię pacificatus cum Carthaginensibus, partem ciuitatum a se fiducia uirium dissidentium armis subegit. Deinde quasi angustis insulæ terminis clauderetur, cuius imperii partem primis incrementis ne sperauerat quidem, in Italiã transcendit, exemplum Dionysii secutus, qui multas ciuitates Italiæ subegerat. Primum igitur hostes illi Brutii fuere; quia & fortissimi, & opulentissimi uidebantur, simul & ad iniurias uicinorum prompti. Nam multas ciuitates Græci nominis Italia expulerant. Authores quoq; suos Lucanos, bello uicerant, & pacem cum his æquis legibus fecerant. Tanta feritas animorum erat, ut nec origini suæ parcerent. Nanq; Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus & Spartani instituere soliti erant. Quippe ab initio pubertatis in syluis, inter pastores, habebantur sine ministerio seruili, sine ueste quam induerent, uel cui incubarent, ut a primis annis duritiæ, parsimoniæq; sine ullo usu urbis adsuescerent. Cibus his prę da uenatica, potus mellis, & lactis, & fontium liquor

Bellũ in Italia ab Agathocle gestum.

ἐπιφώνημα

Mos Lucanorum & Spartanorum educãdi liberos.

erat. Sic ad labores bellicos indurabantur. Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agris finitimorũ prædari soliti, confluente deinde multitudine, sollicitati præda, cũ plures facti essent, infestas regiones reddebant. Itaq; fatigatus querelis sociorũ Dionysius Siciliæ tyrannus, sexcentos Afros ad cõpescendos eos miserat, quorũ castellũ proditũ sibi per Brutiam mulierẽ, expugnarunt, ibiq; ciuitatem concurrentibus ad opinionẽ nouę urbis pastoribus, statuerunt, Brutioscq; se ex nomine mulieris uocauerunt. Primum illis cũ Lucanis originis suæ authoribus bellũ fuit. Quia uictoria erecti, cum pacẽ æquo iure fecissent, cæteros finitimos armis subegerunt, tantasq; opes in breui consecuti sunt, ut pernicioſi etiam regibus haberentur. Denicq; Alexander rex Epiri cũ in auxiliũ Grẹcarum ciuitatum, cum magno exercitu in Italiã ueniſſet, cũ omnibus copiis ab his deletus est. Quare feritas eorũ, successu fœlicitatis incensa, diu terribilis finitimis fuit. Ad postremũ imploratus Agathocles, spe ampliandi regni, a Sicilia in Italiã traiecit. Principio aduentus opinionis eius concussi, legatos ad eum, societatẽ, amicitiãq; petentes, miserunt. Quos Agathocles ad cœnã inuitatos, ne exercitũ traiici uiderent, in posterũ statuta his die, conscensis nauibus, frustratus est. Sed fraudis haud lætus euentus fuit. Siquidem reuerti eum in Siciliam, interiectis paucis diebus, uis morbi coegit, quo toto corpore comprehensus, per omnes

Brutij unde dicti.

Lucanorũ et Bruttiorũ uirtus.

Agathoclis laus.

Grauis Agathoclis morbus.

fies neruos, articulosq; humore pestifero grassante, uelut intestino singulorũ membrorum bello, impugnabatur. Ex qua desperatione bellũ inter filiũ, nepotemq; ortũ, eius regnũ iam quasi mortui uendicantibus, occiso filio, regnum nepos occupauit. Igitur Agathocles cum morbi cura, & ægritudo grauiores essent, & inter se, & alterum alterius malo crescere ret, desperatis rebus, uxorem suam Theogenam, genitosq; ex ea duos paruulos cũ omni pecunia, & familia, regalicq; instrumento, quo præter illum nemo regum ditior fuit, nauibus impositos Aegyptũ, unde uxorem acceperat remittit, timens ne prædonem regni sui hostem paterentur, quanq; uxor diu, ne ab ægro diuelleretur, deprecata est, ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset, & tam cruente hæc deseruisse uirum, q; ille impugnasse auum uideretur, nubendo se non prosperæ tantum, sed omnis fortunę iisse societatem, nec inuitã periculo spiritus sui empturam, ut extremos uiri spiritus exciperet, & exequiarum officium, in quod, profecta se, nemo sit successurus, obsequio debitæ pietatis impleret. Discedentes paruuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum non amplius uisura oculis fatigabat. Nec minus senis lachrymæ miserabiles erant, flebant ii morientem patrem, illi exules liberos. Hi discessu suo, solitudinem patris senis, ægri, ille in spem regni susceptos, relinqui inegestate lugebat.

Bellũ inter filiũ ac nepotẽ Agathoclis.

Theogena Agathoclis uxor.

Descriptio miserabilis digressus.

Theogenæ probæ & maritũ amantis coniugis exẽplum.

Pietas filiorũ erga parẽtes, & parẽtum erga liberos.

Agathoclis exitus.

Inter hæc, regia omnis, adsistentium fletibus tam crudelis dissidii impleta resonabat. Tandem lachrymis finem necessitas profectionis imposuit, & mors regis proficiscentes filios secuta est. Dum hæc agun tur Carthaginenses, cognitis, quæ in Sicilia agebantur, occasionem totius insulæ occupandæ datam sibi existimantes, magnis uiribus eo traiiciunt, multasq; ciuitates subigũt. Eo tempore & Pyrrhus aduersus Romanos bellum gerebat, qui imploratus a Siculis in auxilium, sicuti dictum est, cum Syracusas uenisset, multasq; ciuitates subegisset, rex Siciliæ, sicut Epiri adpellabatur. Quarum rerum fœlicitate lætatus, Heleno filio, Siciliæ, uelut auitum (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexandro autẽ Italiæ regnum destinat. Post hæc multa secunda prælia cum Carthaginensibus facit. Interiecto deinde

Reuertitur ad Pyrrhi historiam.

Pyrrhus Siciliæ rex uocatur.

tempore, legati ab Italicis sociis uenere, nunciantes Romanis resisti non posse, deditionemq; futuram, nisi subueniat. Anxius tam ambiguo periculo, incertusq; quid ageret, uel quibus primum subueniret, in utrunq; pronus consultabat. Quippe instantibus hinc Carthaginensibus, inde Romanis, periculosum uidebatur exercitum in Italiam non traiicere, periculosius a Sicilia deducere, ne aut illi nõ lata ope, aut ii deserti amitterentur. In hoc æstu periculorum, tutissimus portus consiliorum uisus est omnibus uiribus decertare in Sicilia, & profligatis Carthaginẽsibus uictorem exercitum transponere in Italiam.

Itaq;

Itaq; conſerto prælio, cum ſuperior fuiſſet, quoniam tamen a Sicilia abiret, & pro uicto fugere uiſus eſt, ac propterea ſocii ab eo defecerunt, & imperium Siciliæ tam cito amiſit, q̃ facile quæſierat. Sed nec in Italia meliore fœlicitate uſus in Epirum reuertitur. Admirabilis utriuſq; rei caſus in exemplũ fuit. Nam ſicut ante ſecunda fortuna rebus ſupra uota fluẽtibus, Italiæ, Siciliæq; imperium, & tot de Romanis uictorias adtraxerat, ita nũc aduerſa, uelut in oſtentationẽ fragilitatis humanæ deſtrũens, quæ cumulauerat, Sicilienſi ruinæ naufragium maris, & fœdam ad uerſus Romanos pugnam, turpemque ab Italia diſceſſum adiecit. Poſt profectionem a Sicilia Pyrrhi magiſtratus Hiero creatur, cuius tanta moderatio fuit, ut conſentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduerſus Carthaginenſes primum, mox rex creare tur, Huius futuræ maieſtatis ipſa infantilis educatio, quaſi prænuncia fuit: Quippe genitus erat patre Hierodyto nobili uiro, cuius origo a Gelo antiquo Siciliæ tyranno manabat, ſed maternum illi genus ſordidum, atque admodũ pudibundum fuit. Nam ex ancilla natus, ac propterea a patre, uelut dehoneſtamentum generis, expoſitus fuerat. Sed paruulum & humanæ opis indigentem apes, congeſto circa iacentem melle, multis diebus aluere. Ob quã rem reſponſo aruſpicum admonitus pater, qui regnum infanti portendi canebant, paruulum recollegit, omniq; ſtudio adſpem maieſtatis, quæ pro-

Pyrrhus ex Sicilia abiens dixiſſe fertur. O qualẽ Carthaginenſibus et Romanis pro hac inſula palæſtram relinquimus.

Poſtrema Pyrrhi cũ Romanis pugna fuit ad Beneuentum. Vbi uictus eſt à M. Curio.

HIERO REX.

Hieronis natales.

Hiero ab apibus melle educatus.

Simile eſt quod de Platone referunt.

Prodigia in Hierone.

mittebatur, instituit. Eidem in ludo inter coæquales discenti, lupus tabulam in turba puerorum, repente conspectus, eripuit. Adulescenti quoque prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua in hasta consedit. Quod ostentum, & in consilio cautum, & manu promptum, regemq; futurũ significabat. Denicq; aduersus prouocatores sæpe pugnauit, semperq; victoriam reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est. Pulchritudo ei corporis insignis, uires quoq; in homine admirabiles fuere. In alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus erat, prorsus ut nihil ei regium deesse uideretur, præter regnum.

Ea fuisse Hieronẽ modestia refert Livius, ut nec uestis habitu, nec alio ullo insigni à ceteris discerni potuerit.

Officia boni principis.

LIBER XXIIII.

RES GRAECORVM.

CVm hæc in Sicilia geruntur, interim in Græcia dissidentibus inter se bello Ptolemæo Cerauno, & Antiocho, & Antigono regibus, omnes fere Græciæ ciuitates, ducibus Spartanis, uelut occasione data ad spem libertatis erectæ, missis inuicem legatis, per quos in societatis fœdera alligarentur, in bellum prorumpunt, & ne cum Antigono, sub cuius bello erant, bellum cœpisse uiderentur, socios eius Aetolos aggrediuntur, causas belli, prætendentes, quod consensu Græciæ sacratum Apollini Cyreum campum per uim occupassent. Huic bello ducem eligunt Aran. Qui adunato exercitu, urbes, fataq; in his campis posita depopulatur, quæ auferri non

Antiochus soter Syriæ & Asiæ rex.

Bellum Græcorum aduersus Aetolos.

Aras.

non poterant, incendit. Quod cum e montibus conſpicati Aetolorum paſtores eſſent, congregati admodum quingenti ſparſos hoſtes, ignorantes quanta manus eſſet, quoniam conſpectum illis metus, & incendiorum fumus abſtulerat, conſectantur, trucidatiſque admodum nouem millibus, prædones in fugam uerterunt. Reparantibus deinde Spartanis bellum, auxilium multæ ciuitates negauerunt, exiſtimantes dominationem eos Græciæ, non libertatem quærere. Interea inter reges bellum finitur. Nam Ptolemæus pulſo Antigono, cum regnum totius Macedoniæ occupaſſet, pacem cum Antiocho facit, affinitatemq; cum Pyrrho, data ei in matrimonium filia ſua, iungit. Exinde externo metu depoſito, impium, & facinoroſum animum ad domeſtica ſcelera conuertit, inſidiaſq; Arſinoe ſorori ſuæ inſtruit, quibus, & filios eius uita, & ipſam Caſſandriæ urbis poſſeſſione priuaret. Primus ei dolus fuit, ſimulato amore ſororis in matrimonium petere. Aliter enim ad ſororis filios, quorum regnum occupauerat, q̃ concordiæ fraude peruenire non poterat. Sed nota ſcelerata Ptolemæi uoluntas ſorori erat. Itaq; non credenti mandat, uelle ſe cum filiis eius regni conſortium iungere, cum quibus non ideo ſe armis contendiſſe, quoniam eripere his regnum, ſed quod id facere ſui muneris uellet. In hoc mitteret arbitrum iuriſiurandi, quo præſente, apud Deos patrios, quibus uellet obſecrationibus ſe obligaret.

Ptolemæus κέραυνος Macedoniæ rex.

Arſinoe Ptolemæi ſoror.

Ptolemæi dolus & ſcelus in ſororẽ Arſinoen.

Incerta Arsinoe quid ageret, si mitteret decipi per iurio, si non mitteret, prouocare rabiem fraternæ crudelitatis timebat. Itaq; plus liberis, q̄ sibi timēs, quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Dionem, quo perducto in sanctissimum Iouis templum ueterrimæ Macedonum religionis, Ptolemæus, sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulachra, & puluinaria Deorum, inauditis ultimisq; execrationibus adiurat, se sincera fide matrimonium sororis petere, nuncupaturūq; se eam reginam, neq; in contumeliam eius se aliam uxorem, alios ue q̄ filios eius liberos habiturum. Arsinoe postea q̄ & spe impleta est, & metu soluta, ipsa cum fratre colloquitur, cuius uultus, & blandientis oculi cum fidem non minorem, q̄ iusiurandū promitterent, reclamante Ptolemæo filio fraudem subesse, in matrimonium fratris consensit. Nuptiæ magno apparatu, lætitiaq; omnium celebrātur. Ad contionem quoq; uocato exercitu, capiti sororis diadema imponit, reginamq; eam appellat. Quo nomine in lætitiam effusa Arsinoe, quia, quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat, recepisset, ultro uirum in urbem suam Cassandriam inuitat, cuius urbis cupiditate fraus struebatur. Prægressa igitur uirum, diem festum urbi in aduentum eius indicit, domos, templa, cęteraq; omnia exornari iubet, aras ubiq;, hostiasq; disponi, filios quoq; suos, Lysimachū. xvi. annos natū, Philippū triēnio minorē, utrumq;

Dion.

Ptolemei per iurium.

Nuptiæ Ptolemæi fratris cum sorore Arsinoe.

utrumque forma insignem coronatos occurrere iu bet. Quos Ptolemæus ad celandam fraudem cupi de, & ultra modum ueræ affectionis amplexus, oſ culis diu fatigat. Vbi ad portam uentum eſt, occu pari arcem iubet, pueros interfici. Qui cum ad ma trem confugiſſent, in gremio eius inter ipſa oſcula trucidantur. Proclamante Arſinoe, quod tantum nefas, aut nubendo, aut poſt nuptias cõtraxiſſet, pro filiis ſe ſæpe percuſſoribus obtulit. Frequenter cor pore ſuo puerorum corpora amplexata protexit, uul neraꝯ excipere, quæ liberis intendebantur, uoluit. Ad poſtremum ſpoliata etiam funeribus filiorum, ſciſſa ueſte, & crinibus ſparſis cum duobus ſeruulis ex urbe protracta, Samothraciam in exilium abiit, eo miſerior, quod mori cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolemæo inulta ſcelera fuerunt. Quippe diis immortalibus tot periuria, & tam cruenta parrici dia uindicantibus, breui poſt a Gallis ſpoliatus re gno, captuſqꝫ uitam ferro, ut meruerat, amiſit. Namqꝫ Galli abundanti multitudine, cum eos non caperẽt terrę, quæ genuerãt, trecenta millia hominũ ad ſedes nouas querendas uelut peregrinatũ miſerũt. Ex iis portio in Italia conſedit, quæ & urbem Romã captam incendit, & portio Illyricos ſinus ducibus auibus (nam augurandi ſtudio Galli præter cæteros callent) per ſtrages barbarorum penetrauit, & in Pannonia conſedit. Gens aſpera, audax, bellicoſa, quæ prima poſt Herculem, cui ea res uirtutis admi

Exemplũ cru delitatis & parricidij in Ptolemæo.

Arſinoe exulat.

GALLI *Italiam inuadũt.*

Romam Galli incendunt.

Gallorum deſcriptio.

Pannonia.

rationem & immortalitatis fidem dedit, Alpium in uicta iuga, & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis uaria bella gesserunt. Hortante deinde successu, diuisis agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam omnia ferro proterentes petiuere. Tantusq; terror Gallici nominis erat, ut etiam reges nõ lacessiti ultro pacẽ ingenti pecunia mercarẽtur. Solus rex Macedonię Ptolemæus aduentũ Gallorũ intrepidus audiuit. Iscq; cũ paucis, & incõpositis, quasi bella nõ difficilius q̃ scelera patrarentur, parricidiorũ furiis agitatus, occurrit. Dardanorum quoq; legationẽ uiginti milia armatorum in auxilium, offerentẽ spreuit, addita insuper contumelia, actum de Macedonia dicens, si cum totum orientem soli domuerint, nunc in uindicta ciuiũ Dardanis egeant. Milites se habere filios eorum, qui sub Alexandro rege stipendia toto orbe terrarum uictores fecerint. Quæ ubi Dardano regi nũnciata sunt inclytũ illud Macedonię regnũ breui immaturi iuuenis temeritate casurũ dixit. Igitur Galli, duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemæum mittunt, offerentes pacem si emere uelit. Sed Ptolemæus inter suos belli metũ pacem Gallos petere gloriatus est, nec minus ferociter se legatis q̃ inter amicos iactauit. Aliter se pacẽ datũrum negando, nisi principes suos obsides dederint, & arma tradiderint, non enim fidem se nisi inermibus habiturum. Renunciata legatione risere

Gallici nominis terror.

Belgius Gallorum dux.

Ferocis & temerarij animi exemplum.

.Galli

Galli undique acclamantes breui ſenſurum, ſibi an illi conſulentes pacem obtulerint. Interiectis diebus prælium conſeritur. Victique Macedones cędun tur. Ptolemæus multis uulneribus ſaucius, capitur, caput eius amputatur, & lancea fixum, tota acie ad terrorem hoſtium circunfertur. Paucos ex Macedo nibus fuga ſeruauit, cæteri aut capti, aut occiſi. Hęc cum nunciata per omnem Macedoniam eſſent, por tæ urbium clauduntur, luctu omnia replentur, nunc orbitatem amiſſorum filiorum dolebant, nũc excidia urbium metuebant, nunc Alexandri, Philippiq; re gum ſuorum nomina ſicuti numina in auxiliũ uoca bant, ſub illis ſe non ſolum tutos, uerũ etiã uictores orbis terrarum extitiſſe, Vt tuerentur patriã ſuam, quã gloria rerũ geſtarũ cœlo proximã reddidiſſent, ut opem afflictis ferrent, quos furor, & temeritas Ptolemæi regis perdiderat, orabant. Deſperãtibus omnibus, nõ uotis agendum Soſthenes unus de Ma cedonũm principibus ratus, contracta iuuentute, & Gallos exultantes uictoria compeſcuit, & Macedo niam ab hoſtili depopulatione defendit. Ob quæ uirtutis beneficia, multis nobilibus regnum Mace doniæ affectantibus, ignobilis ipſe præponitur. Et cum rex ab exercitu appellatus eſſet, ipſe non in regis, ſed in ducis nomen iurare milites co egit. Interea Brennus, quo duce portio Gallorum in Græciam ſe effuderat, audita uictoria ſuorum, qui Belgio duce, Macedones uicerant, indignatus

Vincunt Macedones Gallo

Ptolemæi interitus.

Macedonum trepidatio.

Soſthenis uirtus & moderatio.

Brennus.

parta uictoria opimam prædam, & orientis spoliis onustam tam facile relictam esse, adunatis. c. l. millibus peditum, &. xv. millibus equitum in Macedoniam irrumpit. Cum agros, uillasq; popularentur, occurrit ei cum instructo exercitu Macedonum Sosthenes, sed pauci a pluribus, trepidi a ualentibus facile uincuntur. Itaq; cum uicti se Macedones intra muros urbium condidissent, uictor Brennus, nemine prohibente, totius Macedoniæ agros depræda tur. Inde quasi spolia sorderent, animum ad Deorū immortalium templa conuertit, scurriliter iocatus, locupletes Deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Delphos iter uertit, prædam religionis aurum offensę Deorum immortalium præferens, quos nullis opibus egere, ut qui eas largiri hominibus soleant adfirmabat. Templum autem Apollinis Delphis positū est in monte Parnaso in rupe undiq; impendente, ibi ciuitatem frequētia hominum facit. Qui ad adfirmationem maiestatis undiq; concurrentes in eo saxo consedere. Atq; ita templum, ciuitatemq; non muri, sed præcipitia, nec manu facta, sed naturalia præsidia defendunt, prorsus ut incertum sit, utrum munimentum loci, an maiestas Dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formā theatri recessit. Quam ob rem & hominum clamor, & si quando accidit tubarum sonus, personantibus, & resonantibus inter se rupibus, & multiplex audiri, ampliorq; q̄ editur resonare solet. Quæ res maiorē maie

Vincuntur Macedones à Gallis.

Contemptor deum Brennus.

Exemplū impietatis.

Descriptio situs tēpli Delphici Apollinis.

Originē Delphici oraculi refert Diod. in Philippo.

maiestatis terrorem ignaris rei, & admirationẽ stupentibus plerunq; adfert. In hoc rupis anfractu media ferme montis altitudine, planicies exigua est, atq; in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet. Ex quo frigidus spiritus in quodam uelut uento in sublime expulsus, mentes uatum in uecordiam uertit, impletosq; Deo, responsa consulentibus dare cogit. Multa igitur ibi, & opulenta regum, populorũq; uisuntur munera, quæq; magnificentia sui reddentium uota gratam uoluntatem, & Deorum responsa manifestant. Igitur Brennus cum in conspectu haberet templum, diu deliberauit, an confestim rem adgrederetur, an uero fessis uia militibus, nocte sis spacium ad resumendas uires daret. Euridanus, & Tessalonus duces, qui se ad prædæ societatem iunxerant, amputari moras iubent, dum imparati hostes & recens aduentus sui terrori esset. Interiecta nocte, et animos hostibus forsitan, & auxilia adcessura, & uias quæ tunc pateant, obstructum iri. Sed Gallorum uulgus ex longa inopia, ubi primum uino, cæterisq; commeatibus referta rura inuenit, non minus abundantia, q; uictoria lætum per agros se sparserat, desertisq; signis ad occupanda omnia pro uictoribus uagabantur. Quæ res dilationem Delphis dedit. Prima nanq; opinione aduentus Gallorum, prohibiti agrestes a Græcis oraculis ferruntur, messes uinaq; uillis efferre. Cuius rei saluta re præceptum non prius intellectum est, q; uini,

Delphicũ ad trum.

cõsultatio de inuadendo templo.

Euridanus.

Tessalonus.

cæterarumq; copiarum abundantia uelut mora Gallis obiecta, auxilia finitimorum conuenere. Prius itaq; urbem suam Delphi aucti uiribus sociorum permuniuere, q; Galli uino uelut prædæ incubantes ad signa reuocarentur. Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum, sexagintaquinq; millia, Delphorum sociorumq; non nisi quatuor millia militum erant, quorum contemptu, Brennus ad acuendos suorũ animos, prædę ubertatem omnibus ostendebat, statuasq; cum quadrigis, quarum ingens copia procul uisebatur solido auro fusas esse, plusq; in pondere, q; in specie habere prædę adfirmabat. Hac adseueratione, uel animaduersione incitati Galli, simul & hesterno mœro saucii, sine respectu periculorũ in bellum ruebant. Contra Delphi plus in Deo, q; in uiribus spem ponentes cum contemptu hostium resistebant, scandentesq; Gallos e summo montis uertice partim saxis, partim armis obruebant. In hoc partium certamine, repente uniuersorum templorum antistites, simul & ipsi uates sparsis crinibus cum insignibus, atq; infulis pauidi, uecordesq; in primam pugnantum aciem procurrunt, adueniſſe Deum clamant, eumq; se uidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia. Dum omnes opem Dei suppliciter implorant, iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesq; ei duas armatas uirgines, ex propinquis duabus Dianæ Mineruæq; ædibus occurrisse, nec oculis tantũ

Brenni & Delphorum copiæ.

Pugna inter Gallos et Delphos.

lis tantum hæc se perspexisse, sed audisse etiã stridorem arcus, ac strepitum armorum. Proinde nec cunctarentur Diis antesignanis hostem cædere, & uictoriæ Deorum socios se adiungere summis obsecrationibus monebant. Quibus uocibus incensi omnes certatim in prælium prosiliunt. Præsentiam Dei, et ipsi statim sensere. Nam & terræ motu portio montis abrupta Gallorum strauit exercitum, & confertissimi cunei, nõ sine uulneribus hostium dissipati, ruebant. Insecuta deinde tempestas est, quæ grandine, & fulgure saucios ex uulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cum dolorem uulnerum ferre nõ posset, pugione uitam finiuit. Alter ex ducibus, punitis belli authoribus, cum decem millibus sociorum cito agmine a Græcia excedit. Sed nec fortuna fugientibus commodior fuit. Siquidem pauidis nulla sub tectis acta nox, nullus sine labore, & periculo dies, assidui imbres, & gelu nix concreta, & fames, & lassitudo, & super hæc, maximum peruigilię malum miseras infœlicis belli reliquias obterebant. Gentes quoq; , nationesq; , per quas iter habebant, palantes uelut prædam sectabantur. Quo pacto euenit, ut nemo ex tanto exercitu, qui paulo ante fiducia uirium etiam Deos spolians contendebat, uelut ad memoriam tantæ cladis superesset.

Vincuntur Galli à Delphis ducibus Dijs.

Brenni mors.

Clades Gallorũ in Græcia

LIBER XXV.

INter duos reges Antigonum, & Antiochum statuta pace, cum in Macedoniam Antigonus

Tertia Gallorum in Macedoniam irruptio.

reuerteretur, nouus eidem repente, hostis exortus est. Quippe Galli, qui a Brenno duce, cum in Græciam proficiscerentur, ad terminos gentis tuendos relicti fuerant, ne soli desides uiderentur, peditum xv. millia, equitum tria milia armauerãt, fugatisq; Getarum, Tribalorumq; copiis Macedoniæ immi nentes legatos ad regem miserunt, qui pacem ei ue nalem offerrent, simul & regis castra specularentur. Quos Antigonus, pro regali munificentia, ingenti apparatu epularum ad cœnam inuitauit. Sed Galli expositum grande auri, argentiq; pondus admiran tes, atq; prædæ ubertate sollicitati infestiores q̃ue nerant, reuertuntur. Quibus & elephantes ad terro rem, uelut inusitatas barbaris formas, rex ostendi ius serat, naues onustas copiis demonstrari, ignarus, quod quibus ostentatione uirium metum se iniicere existimabat, eorum animos ut ad opimam prædam sollicitabat. Itaq; legati ad suos reuersi, omnia in ma ius extollentes, opes pariter, & negligentiam regis ostendunt, referta auro & argẽto castra esse, & neq; uallo fossaue munita, & quasi satis munimenti in di uitiis haberent, ita eos omnia officia militaria inter misisse, prorsus quasi ferri auxilio non indigerent, quoniam abundarẽt auro. Hac relatione auidæ gen tis animi satis ad prædam incitabantur. Accedebat tamen exemplum Belgi qui non magno ante tempo re Macedonum exercitum cum rege trucidauerat. Itaq; consentientibus omnibus, nocte castra regis

Galli auri auidissimi.

aggre

adgrediuntur, qui præsentiens tantam tempestatẽ, signum pridie dederat, ut omnibus rebus ablatis in proximam syluam tacitise occultarent. Neqꝫ aliter seruata castra, q̃ꝫ quod desertasunt. Siquidem Galli ubi omnia uacantia, nec sine defensoribus modo, uerum etiã sine custodibus uident, non fugam hostium, sed dolum arbitrantes diu intrare portas timuerunt. Ad postremum integris, & intactis munimentis scrutantes potius, quã diripientes, castra occupauerunt. Tunc ablatis quæ inuenerant ad litus conuertuntur. Ibi dum naues incautius diripiũt, a remigibus, & ab exercitus parte, quæ eo cum coniugibus & liberis confugerant, nihil tale metuentes trucidantur, tantaqꝫ cædes Gallorum fuit, ut Antigono pacem huius uictoriæ opinio, non a Gallis tantum, uerum etiam a finitimorum feritate pręstiterit, quanquã Gallorum ea tempestate tantæ fœcunditatis iuuentus fuit, ut Asiam omnẽ uelut examine aliquo implerent. Deniqꝫ neqꝫ reges orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserint, neqꝫ pulsi regno ad alios, quã ad Gallos confugerint. Tantus terror Gallici nominis, siue armorum inuicta fœlicitas erat, ut aliter neqꝫ maiestatem suam tutam, neqꝫ amissam recuperare se posse sine Gallica uirtute arbitrarentur. Itaqꝫ in auxilium a Bithyniæ rege inuocati, regnum cum eo, parta uictoria diuiserunt, eamqꝫ regionem Gallogræciam cognominauerunt. Dum hæc in Asia geruntur, interim in Si

Galli inuadũt castra Antigoni.

Galli cæduntur.

Gallogræcia.

Redit ad Pyrrhum.

cilia Pyrrhus a Pœnis naŭali prælio uictus, ab Antigono Macedonię rege ſupplementum militum per legatos petit, denuncians ni mittat, redire ſe in regnũ neceſſe habere, incrementa rerum quæ de Romanis

Pyrrhi ex Italia exceſſus, hunc Antigonus luſori ad ſimilabat, qui & multa et bene iaceret, ſed cadentibus uti neſciret.

uoluerit, de ipſo quæſiturum. Quod ubi negatum legati retulerunt, diſſimulatis cauſſis, repentinam fingit profectionem. Socios interim parare bellum iubet, & arcis Tarentinæ cuſtodiã Heleno filio, & amico Miloni tradit. Reuerſus in Epirum ſtatim fines Macedoniæ inuadit, cui Antigonus cum exercitu occurrit, uictuſq; prælio in fugã uertitur. Atq; ita Pyrrhus Macedoniam in deditionem accepit, & ueluti damna amiſſę Siciliæ Italięq;, acquiſito Macedoniæ regno penſaſſet, relictũ Tarenti filiũ, & amicum accerſit.

Antigonus ſuperatur à Pyrrho.

Antigonus autẽ cũ paucis equitibus fugę comitibus, repente fortunæ ornamẽtis deſtitutus, amiſſi regni ſpeculaturus euentus, Teſſalonicã ſe recepit, ut inde cũ conducta Gallorũ mercenaria manu, bellũ repararet. Rurſus a Ptolemæo Pyrrhi filio funditus uictus, cum ſeptem comitibus fugiens, non recuperãdi regni ſpem, ſed ſalutis latebras, ac fugæ ſolitudines captat. Igitur Pyrrhus in tanto faſtigio regni collocatus, iam nec eo, ad quod uotis perueniendum fuerat contentus, Græciæ, Aſiæq; regna meditatur, nec illi maior ex imperio, quã ex bello uoluptas erat, nec quiſquam Pyrrhum, qua tuliſſet impetum, ſuſtinere ualuit. Sed ut ad deuincenda regna inui-

Pyrrhi uarius ſucceſſus.

Pyrrhi belli-ca uirtus.

ctus

ctus habebatur, ita deuictis, adquisitisq; celeriter carebat, tanto melius studebat acquirere imperia, quam retinere. Itaq; cum copias Cherronesso transposuisset, legationibus Athenienſium, & Achiuorum Messeniorumq; excipitur. Sed & Græcia omnis admiratione nominis eius, simul & rerum aduersus Romanos Pœnosq; gestarum attoniti aduentum eius expectabant. Primum illi bellum, aduersus Spartanos fuit, ubi maiorum mulierum, q; uirorum uirtute excipitur. Tunc Ptolemæum filium, & exercitus partem robustissimam amisit. Quippe oppugnanti urbem ad tutelam patriæ tanta multitudo fœminarum concurrit, ut nõ fortius uictus, quã uerecundius recederet. Porro Ptolemæi filium eius adeo strenuum & manu fortem fuisse tradunt, ut urbem Corcyram solus cum sexaginta ceperit. Idem prælio nauali triremen ex scapha cum septem insiluerit, captamq; tenuerit. In oppugnatione quoq; Spartanorũ usq; in mediã urbem cũ equo procurrerit, ibiq; concursu multitudinis interfectus sit. Cuius corpus ut relatũ patri est, dixisse Pyrrhũ ferunt, aliquãto tardius eũ, q; timuerit ipse, uel temeritas eius meruerit occisum esse. Repulsus a Spartanis Pyrrhus, Argos petit. Ibi, dũ Antigonũ in urbe clausum expugnare conatur, inter confertissimos uiolentissime dimicans, saxo de muris iactato occiditur. Caput eius Antigono refertur, qui uictoria mitius usus, filiũ eius Helenũ cum

ἐπιφώνημα

Pyrrhi bellũ aduersus Lacedæmonios.

Exemplum muliebris fortitudinis & pietatis erga patriã, Plutar. in Pyrrhi uita.

Exemplum militaris fortitudinis Ptolemæus Pyrrhi filius.

Pyrrhi mors in Argis.

Plutarchus ait Pyrrhũ à muliercula tegulæ ictu interfectũ esse in urbe.

Pyrrhi laus.

Epirotis ſibi deditum in regnũ dimiſit, eiq; inſepulti patris oſſa, in patriam referenda tradidit. Satis conſtans inter omnes authores fama eſt, nullum nec eius, nec ſuperioris ætatis regem comparandũ Pyrrho fuiſſe, raroq; inter reges tantum, uerum etiam inter illuſtres uiros, aut uitæ ſanctioris, aut iuſtitiæ probatioris uiſum fuiſſe. Scientiam certe rei militaris in illo uiro tantam fuiſſe, ut Lyſimacho, Demetrio, Antigono cum tantis regibus bella geſſerit, inuictus ſemper extiterit. Illyriorum quoq;, Siculorũ, Romanorũq; et Carthaginẽſiũ bellis nunq; iferior, plerũq; etiã uictor extiterit, qui patriã certe ſuã angustam, ignobilemq;, fama rerũ geſtarũ, & claritate nominis ſui toto orbe illuſtrem reddiderit.

Pyrrho Annibalẽ inter imperatores ſecundas dediſſe refert Liuius, qd' caſtra metari prius docuerit, ad hoc nemo elegantius loca ceperit, præſidia diſpoſuerit &c.

LIBER XXVI.

Varij motus Græcorum.

POſt mortem Pyrrhi non in Macedonia tantum, uerum etiam in Aſia, Græciaq; magni bellorũ motus fuere. Nam & Peloponnenſii per proditionem Antigono traditi, & uariante hominum partim dolore, partim gaudio, prout ſingulæ ciuitates, aut auxilium de Pyrrho ſperauerant, aũt metus ſuſtinuerant, ita aut cum Antigono ſocietatem iungebant, aut mutuis inter ſe odiis in bellum ruebant. Inter hunc turbatarum prouinciarum motum, Epirorum quoq; urbs ab Ariſtotimo principe per tyrãnidem occupatur. A quo cum multi ex primoribus occiſi, plures in exiliũ acti eſſent, Aetolis per legatos poſtulan

Ariſtotimus tyrannus Epirorum.

postulantibus, ut coniuges, liberosq; exulum redderet, primo negauit, postea quasi pœniteret, proficiscendi ad suos omnibus matronis potestatẽ dedit, diemq; profectionis statuit. Illæ quasi in perpetuum cum uiris exulaturæ, præciosissima quæq; auferentes, cum ad portam quasi uno agmine profecturæ conuenissent, omnibus rebus expoliatæ, in carcere recluduntur, occisis prius in gremiis matrum paruulis, liberis, uirginibusque ad stuprum direptis. Hanc tam sæuam dominationem, stupentibus omnibus, princeps eorum Helematus senex, & liberis orbus, ut qui nec ætatis nec pignorum respectum timeret, conuocatos domi fidissimos amicorum in uindictam patriæ hortatur. Cunctantibus priuato periculo publicum finire, & deliberandi spacium postulantibus, accersitis seruis iubet obserari fores, tyrannoq; nunciari, mitteret qui coniuratos apud se compræhenderet, obiectans singulis se, quia liberandæ patriæ author esse non posset, desertæ ultorem futurum. Tuncilli ancipiti periculo circumuenti, honestiorem uiam eligentes coniurant in tyranni necem, atq; ita Aristotimus quinto, posteaq; tyrannidem occupauerat, mense opprimitur. Interea Antigonus cum multiplici bello, & Ptolemæi regis, & Spartanorum premeretur, nouusq; illi hostis Gallogræciæ exercitus affuisset, in speciem castrorum parua manu aduersus cæteros relicta, aduersus Gallos totis uiribus proficiscitur. Quibus cog

Exemplum tyrãnicæ crudelitatis.

Helemati amor erga patriam & prudens in opprimendo tyranno consilium.

Aristotimus occiditur.

Bellum Antigoni cum Gallogræcis.

nitis Galli, cum & ipſi ſe prælio pararent, in auſpicia pugnæ hoſtias cædunt. Quarum extis cum magna cædes, interituſq; omnium prædiceretur, nõ in timorem, ſed in furorem uerſi, ſperanteſq; Deorũ minas expiari cæde ſuorũ poſſe, coniuges & liberos ſuos trucidãt, auſpicia belli a parricidio incipiẽtes. Tanta rabies feros animos inuaſerat, ut non parcerẽt ætati cui etiam hoſtes peperciſſent, bellumq; internecinũ & natalicium cum liberis, liberorũq; matribus gererent, pro quibus bella ſuſcipi ſolent. Itaq; quaſi ſcelere uitam, uictoriamq; redemiſſent, ſicut erant cruenti ex recenti ſuorum cęde, in prælium non meliore euentu, q̃ omine proficiſcuntur. Siquidem pugnantes, prius parricidiorum furiæ, q̃ hoſtes circunuenere, obuerſantibuſq; ante oculos manibus interemptorum, omnes occidione cęſi. Tanta ſtrages fuit, ut Dii pariter cum hominibus conſenſiſſe in excidiũ parricidarum uiderentur. Poſt huius pugnæ euentum Ptolemæus, & Spartani uictorem hoſtium exercitum declinantes, in tutiora ſe recipiunt. Antigonus quoq;, ubi eorum diſceſſum uidet, recenti adhuc ex priori uictoria militum ardore, bellũ Athenienſibus infert. In quo cum occupatus eſſet, interim Alexander rex Epiri ulciſci mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniæ depopulatur. Aduerſus quem, cum reuerſus a Græcia Antigonus eſſet, tranſitione militum deſtitutus, regnum Macedoniæ cum exercitu amittit. Huius filius Demetrius puer

Gallorum crudelitas in coniuges & liberos.

Ἐπιφώνημα

Gallogræcorum cædes.

Ptolemæus Αἰγύπτιος aegypti rex.

Antigonus uincitur ab Alexandro Pyrrhi filio.

Demetrius Macedoniæ rex.

puer admodũ abſente patre reparato exercitũ, nõ ſolum amiſſam Macedoniam recepit, uerũ etiam Epiri regno Alexandrum ſpoliat. Tanta uel mobilitas militum, uel fortunæ uarietas erat, ut uiciſſim reges, nunc exules, nunc reges uiderentur. Igitur Alexander cum exul ad Arcadas confugiſſet, non minore Epirotarum deſiderio, q̃ ſociorum auxilio in regnũ reſtituitur. Per idem tempus rex Cyrenarum Agas decedit, qui ante infirmitatem Beronicem unicam filiam, ad finienda cum Ptolemæo fratre certamina, filio eius deſponderat. Sed poſt mortem Antigoni regis, mater uirginis Arſinoe, ut inuita ſe, contractũ matrimonium ſolueret, miſit qui ad nuptias uirginis, regnumq; Cyrenarum Demetrium fratrem regis Antigoni a Macedonia accerſerent, qui & ipſe ex filia Ptolemæi procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaq; cum ſecundante uento celeriter Cyrenas aduolaſſet, fiducia pulchritudinis, qua nimis placere ſocrui cœperat, ſtatim a principio ſuperbus regiæ familiæ, militibuſque impotens erat, ſtudiumque placendi a uirgine in matrem contulerat. Quæ res ſpectata primo uirgini, deinde popularibus, militibuſque inuiſa fuit. Itaque uerſis omnium animis, in Ptolemæi filium, inſidiæ Demetrio comparantur, qui, cum in lectum ſocrus conceſſiſſet, percuſſores immittuntur. Sed Arſinoe audita uoce filiæ ad fores ſtantis, & præcipientis ut matri parcerent, adulterum pauliſper

Fortunæ uolubilitas.

Epiphonema

Agas Cyrenarum rex.

Beronice.

Demetrius propter adulterũ necatur.

corpore ſuo protexit. Quo interfecto, Beronice & ſtuprum matris ſalua pietate ulta eſt, & in matrimonio ſortiendo iudicium patris ſubſecuta.

LIBER XXVII.

Antiochus Theos. Seleucus Gallinicus Syriæ rex.

MOrtuo Syriæ rege Antiocho, cum in locum eius filius Seleucus ſucceſſiſſet, hortante matre Laodice, quæ inhibere debuerat, auſpicia regni a parricidio cœpit. Quippe Beronicem nouercam ſuam, ſororem Ptolemæi regis Aegypti,

Parricidium Seleuci.

cum pauulo fratre ex ea ſuſcepto, interfecit. Quo facinore perpetrato & infamiæ maculam ſubiit, & Ptolemæi bello ſe implicuit. Porro Beronice, cum ad ſe interficiendam miſſos didiciſſet, paternæ Daphne ſe claudit. Vbi quum obſideri eam cum pauulo filio nunciatum ciuitatibus Aſiæ eſſet, recordatione paternæ, maiorumq; dignitatis eius, & caſum tam indignæ fortunæ miſerantes, auxilia ei omnes miſere. Frater quoq; Ptolemæus periculo ſororis excitus, relicto regno, cum omnibus uiribus aduolat. Sed Beronice ante aduentum auxiliorum cũ ui expugnari non poſſet, dolo circumuenta trucidatur. Indigna res omnibus uiſa. Itaq; cum uniuerſæ ciuitates, quæ defecerant, ingentẽ claſſem comparaſſent, repente exemplo crudelitatis exterritæ, ſimul & in ultionem eius quam defenſuri erant, Ptolemęo ſe tradunt, qui niſi in Aegyptum domeſtica ſeditione reuocatus eſſet, totum regnũ Seleuci occupaſſet.

Beronice trucidatur.

Tantum

Tantum uel illi odium parricidiale ſcelus, uel huic fauorẽ indigne interemptæ mors ſororis attulerat. Poſt diſceſſum Ptolemæi Seleucus cum aduerſus ciuitates, quæ defecerant, ingentẽ claſſem cõparaſſet, repente, ueluti Diis ipſis parricidiũ uindicantibus, orta tempeſtate, claſſem naufragio amittit, nec quicq̃ illi ex tanto apparatu, præter nudũ corpus, & ſpiritum, & paucos naufragii comites, reſiduos fortuna fecit. Miſera quidem res, ſed optanda Seleuco fuit, ſiquidem ciuitates, quæ odio eius ad Ptolemæũ tranſierant, uelut Diis arbitris ſatisfactum ſibi eſſet, repentina animorum mutatione, in naufragii miſericordiam uerſæ, imperio ſe eius reſtituunt. Lętus igitur malis ſuis, & damnis ditior redditus, uelut par uiribus bellum Ptolemæo infert. Sed quaſi ad ludibriũ tantũ fortunæ natus eſſet, nec propter aliud opes regni recepiſſet, q̃ ut amitteret, uictus prelio, nõ multo q̃ poſt naufragiũ, comitatior, trepidus in Antiochiã cõfugit. Inde ad Antiochũ fratrẽ literas fecit, quibus auxiliũ eius implorat, oblata ei Aſia inter fines Tauri montis, in prẽmiũ latæ opis. Antiochus aũt cũ eſſet annos xiiii. natus ſupra ætatem regni auidus, occaſionem nõ tam pio animo, q̃ offerebatur arripuit. Sed latronis more totũ fratri eripere cupiẽs, puer ſcelerata tam, uirilẽq; ſumit audaciam. Vnde hic Hierax eſt cognominatus, quia non hominis, ſed accipitris ritu in alienis eripiendis uitã ſectaretur. Interea Ptolemęus cũ audiſſet regem Antiochum in auxiliũ Seleuco

Epiphonema

Seleuci Gallinici naufragium.

Seleucus uincitur à Ptolemæo.

Antiochus Ἱέραξ.

uenire, ne cũ duobus uno tempore dimicaret, in an nos.x. cũ Seleuco pacem facit. Sed pax ab hoſte data interpellatur a fratre, qui cõducto Gallorũ mercena rio exercitu, pro auxilio bellũ, pro fratre hoſtẽ ſe im ploratus exhibuit. In eo prælio uirtute Gallorũ uictor quidem Antiochus fuit, ſed Galli arbitrantes Seleu cũ in prælio cecidiſſe, in ipſum Antiochũ arma uer tunt, liberius depopulaturi Aſiam, ſi omnẽ ſtirpem regiam extinxiſſent. Quod ubi ſenſit Antiochus, uelut a prædonibus auro ſe redemit, ſocietatemq; cum mercenariis ſuis iungit. Interea rex Bithyniæ Eumenes ſparſis, conſumptiſq; fratribus bello inteſtinæ diſcordiæ, quaſi uagantẽ Aſiæ poſſeſſionẽ in uaſurus, uictorẽ Antiochũ, Galloſq; aggreditur, nec difficile faucios adhuc ex ſuperiore congreſſione, in teger ipſe uiribus ſuperat. Ea nanq; tempeſtate oĩa bella in exitium Aſiæ gerebantur, uti quiſq; fortior fuiſſet, Aſiam uelut prædam occupabat. Seleucus, & Antiochus fratres, bellũ propter Aſiam gerebãt. Ptolemæus rex Aegypti, ſub ſpecie ſororiæ ultionis, Aſiæ inhiabat. Hinc Bithynius Eumenes, inde Galli ſemper mercenaria manus Aſiam depopulabantur, cũ interea nemo defenſor Aſiæ inter tot prędones in ueniebatur. Victo Antiocho cũ Eumenes maiorem partẽ Aſiæ occupaſſet, ne tunc quidẽ fratres, perdito pręmio, propter quod bellũ gerebant concordare po tuerunt. Sed omiſſo externo hoſte in mutuum exitiũ bellũ reparant. In eo Antiochus denuo uictus mul

Impium bellũ Antiochi aduerſus fratrẽ

Gallorũ perfidia.

Eumenes Aſiam inuadit.

Aſia cõmunis regũ præda.

torum

torum dierum fuga fatigatus, tandem ad ſocerum ſuum Artamenem regem Cappadociæ prouehitur. A quo cum primum benigne ſuſceptus eſſet, interie ctis diebus, cognito quod ſibi inſidiæ pararẽtur, ſa lutem fuga queſiuit. Igitur cum profugo nuſq̃ locus tutus eſſet ad Ptolemæum hoſtem, cuius fidem tutio rem, q̃ fratris exiſtimabat, decurrit, memor uel quę facturus fratri eſſet, uel quæ meruiſſet a fratre. Sed Ptolemæus non tam amicus ei deditus, q̃z hoſtis fa ctus, ſeruari eum arctiſſima cuſtodia iubet. Hinc quoq̃z Antiochus opera cuiuſdam meretricis adiu tus, quã familiarius agnouerat, deceptis cuſtodibus labitur, fugienſq̃z a latronibus interficitur. Seleucus quoq̃z iiſdẽ ferme diebus amiſſo regno, equo precipi tatus finitur, ſic fratres, quaſi & germanis caſibus ex ules ambo, poſt regna ſcelerũ ſuorum pœnas luerũt.

Artamenes Cappadociæ rex.

Antiochus fratrẽ metuens ad hoſtẽ confugit.

Antiochi & Seleuci fratrũ mors.

LIBER XXVIII.

OLympias Pyrrhi Epirotę regis filia amiſſo mari to, eodemq̃z Germano fratre Alexandro, cum tutelam filiorum ex eo ſuſceptorum Pyrrhi, & Pto lemæi, regniq̃z adminiſtrationem ipſa recepiſſet, ab Aetolis partem Acarnaniæ, quam in portionẽ belli pater pupillorum acceperat, eripere uolentibus ad regem Macedoniæ Demetrium decurrit, eiq̃z ha benti uxorem Antiochi regis Syriæ ſororem, filiam ſuam Phythiam in matrimonium tradidit, ut auxiliũ quod miſericordia non poterat, iure cognationis

Olympias.

Cauſſa belli inter Demetriũ Macedoniæ & Antiochum Syriæ reges.

obtineret. Fiunt igitur nuptiæ, quibus & noui matrimonii gratia acquiritur, & ueteris offensa contrahitur. Nã prior uxor uelut matrimonio pulsa, sponte sua ad fratrem Antiochum discedit, eumq; in mariti bellum impellit. Acarnanes quoq;, diffisi Epirotis, aduersus Aetolos auxilium Romanorum implorantes, obtinuerunt a Romano senatu, ut legati mitterentur, qui denunciarent Aetolis, præsidia ab urbibus Acarnaniæ deducerent, paterenturq; esse liberos, qui soli quondam aduersus Troianos, authores originis suæ, auxilia Græcis non miserunt. Sed Aetoli legationem Romanorum superbe audierunt, Pœnos illis, & Gallos, a quibus tot bellis uexati, toties occisione sint cæsi, exprobrantes, dicentesq; prius illis portas aduersus Carthaginenses aperiendas, quas clauserit metus punici belli, quam in Græciam arma transferenda. Meminisse deinde iubent, quibus minentur, aduersus Gallos urbem suam eos tueri non potuisse, captamq; non ferro defendisse, sed auro redemisse. Quam gentem se, ali quanto maiori manu Græciam ingressam, non solum externis uiribus, sed ne domesticis quidẽ tectis adiutos, uniuersam delesse, sedemq; sepulchris eorum præbuisse, quã illi uiribus, imperioq; suo proposuerant. Contra Italiam trepidis ex recenti urbis suæ incendio Romanis uniuersam ferme a Gallis occupatam. Prius igitur illis Gallos Italia pellendos, quã minentur Aetolis, priusq; sua defendenda, quã

Legati Romanorũ ad Aetolos.

Superba Aetolorũ respõsio

alicna

aliena defendi adpetenda. Quos autem homines Romanos esse, nempe pastores, qui latrocinio iu-stis dominis ademptum solum teneant, qui uxo-res cum propter originis dehonestamenta, nec in uenirent, ui publica rapuerint, qui deniq; urbem suam parricidio condiderint, murorumq; fundamẽ-ta fraterno sanguine adsperserint. Aetolos autem principes Græciæ semper fuisse, & sicut dignitate, ita & uirtute cæteris præstitisse. Solos deniq; esse qui Macedonas imperio terraq; florentes semper cõ-tẽpserint, qui Philippũ regẽ non timuerint, qui Ale-xandri Magni post Persas, Indosq; deuictos, cum omnes nomen eius horrerent, edicta spreuerint. Monere igitur se Romanos, contenti sint fortuna præsenti, nec prouocent arma, quibus & Gallos cæsos, & Macedonas contemptos uideant. Sic di-missa legatione Romanorum, ne fortius locuti, q̃ fecisse uiderentur, fines Epiri regni Acarnaniæ de populantur. Iam Olympias filiis regna tradiderat, & in locum Pyrrhi fratris defuncti Ptolemæus suc-cesserat, qui cum hostibus instructo exercitu obui-us processisset, infirmitate correptus in itinere dece-dit. Olympias quoq; non magno post tempore ge-mino funerum uulnere adflicta, ægrum spiritum tra-hens, non diu filiis superuixit. Cum ex gente regia sola Nereis uirgo cũ Laodomia sorore supereſſent, Nereis nubit Geloni Siciliæ regis filio. Laodomia autem cum in aram Dianæ confugisset, concursu

Liuius de his copiose.

Pyrrhi uxor cũ duobus filiis Pyrrho & Ptolemæo moritur.

Nereis & Laodomia Pyrrhi filiæ.

populi interficitur. Quod facinus Dii immortales assiduis cladibus gentis, & prope interitu totius populi uindicauerunt. Nam sterilitatem, famemque passi, & intestina discordia uexati, externis ad postremum bellis pene consumpti sunt, Miloqꝫ Laodomiæ percussor, in furorem uersus, nunc ferro, nunc saxo, in summa, dentibus laceratis uisceribus xii. die interiit. Iis in Epiro gestis, interim in Macedonia Demetrius rex, relicto filio Philippo, paruulo admodum decedit, cui Antigonus tutor datus, accepta in matrimonium matre pupilli, regem se cõstituere laborat. Interiecto deinde tempore, cum seditione minaci Macedonum, clausus in regia teneretur, in publicum sine satellitibus procedit, proiectoqꝫ in uulgus diademate, ac purpura dare hæc eos alteri iubet, qui aut imperare illis sciat, aut cui parere ipsi sciant, se adhuc inuidiosum illud regnum, nõ uoluptatibus, sed laboribus, ac periculis sentire. cõmemorat deinde beneficia sua, ut defectionem sociorum uindicauerit, ut Dardanos, Thessalosqꝫ exultantes morte Demetrii regis compescuerit, ut denicꝫ dignitatem Macedonum non solum defenderit, uerum etiam auxerit. Quorum si illos pœnitet at deponere imperium, & reddere illis munus suum, quia regem quærant cui imperent. Cum populus pudore motus, recipere eum regnum iuberet, tandiu recusauit, donec seditionis authores supplicio traderentur. Post hæc bellum Spartanis infert, qui soli

Milonis furor

Antigonus Philippi tutor.

Antigonus diadema regium propter seditionem abijcit.

ſoli Philippi, Alexandriq; bellis & imperiũ Macedonum, & omnibus metuenda arma contempſerunt. Inter duas nobiliſſimas gentes bellum ſummis utrinq; uiribus fuit. Cum hi pro uetere Macedonum gloria, illi non ſolum pro illibata libertate, ſed etiam pro ſalute certarent. Victi Lacedæmonii, nõ ipſi tantum, ſed etiam coniuges, liberiq; magno animo fortunam tulere. Nemo quippe in acie ſaluti pepercit, nulla amiſſum coniugem fleuit. Filiorum mortem ſenes laudabant, patribus in acie cæſis filiæ gratulabantur. Suam uicem omnes dolebant, quod non ipſi pro patriæ libertate decidiſſent. Parentes omnes domibus ſaucios excipiebant, uulneratos curabant, lapſos reficiebant. Inter hæc nullus in urbe ſtrepitus, nulla trepidatio, magis omnes publicam, q; priuatã fortunã lugebant. Inter hæc, Cleomenes rex poſt multas hoſtiũ cædes, toto corpore, ſuo pariter & hoſtiũ cruore madens ſuperuenit. Ingreſſuſq; urbem non humi conſedit, non cibũ, aut potum poposcit, non denicq; armorum onus depoſuit, ſed ad cliuis parieti, cum quatuor millia ſola ex pugna ſuperfuiſſe conſpexiſſet, hortatur, ut ſe ad meliora Reipub. tempora reſeruarent, tum cũ coniuge & liberis Aegyptũ ad Ptolemæũ proficiſcitur. A quo honorifice ſuſceptus diu & in ſumma dignitate regis uixit. Poſtremo poſt Ptolemæi mortem, a filio eius cum omni familia interficitur. Antigonus autem

Antigonus Macedoniæ rex Spartanis bellũ infert.

Vincuntur Spartani ab Antigono.

Conſtantia Spartanorum in aduerſa fortuna. φέρειν γὰρ χρὴ τότε λοιμόνιαν ἀναγκαίως, τότε ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνδρεί ως. *Thucydides.*

Cleomenes Spartanorum rex egregij imperatoris exemplũ Plutarchus in Vitis.

Moderati uictoris exemplum Antigonus.

cæsis occidione Spartanis, fortunam tantæ urbis miseratus a direptione milites prohibuit, ueniamq; his qui superfuerant dedit. Præfatus bellum se cũ Cleomene, non cũ Spartanis habuisse, cuius fuga, omnis ira eius finita sit, nec minori sibi gloriæ fore, si ab eo seruata Lacedæmonia sit, quam si capta proderetur. Parcere igitur se solo urbis, ac tectis, quoniam homines quibus parceret, non superfuissent. Nec multo post ipse decedit, regnumq; Philippo annoꝝxiiii. nato tradidit.

Antigoni mors.

Plutarchus ait Antigonum phthisi & catarro laborantem in media pugna, cum clamore pectus rupisset, expirasse.

LIBER XXIX.

EIsdem ferme temporibus, prope uniuersi orbis imperia, noua regum successione mutata sunt. Nam in Macedonia Philippus mortuo Antigono tutore, eodemq; uictrico. xiiii. annorum regnum suscepit, & in Asia interfecto Seleuco impubes adhuc rex Antiochus constitutus est. Cappadociæ regnũ quoq; Ariarathi puero admodum pater ipse tradiderat. Aegyptum, patre ac matre interfectis, occupauerat Ptolemæus, cui ex facinoris crimine cognomento Philopater ex contrario fuit. Sed Spartani in locum Cleomenis suffecerunt Lycurgum. Et ne qua temporibus mutatio deesset apud Carthaginem ætate adhuc immatura dux Annibal constituitur, non penuria seniorum, sed odio Romanorum, quo imbutum eum a pueritia sciebant. Fatale non tam Romanis, quã ipsi Africæ malum. His regibus pueris licet

Philippus Macedoniæ rex.

Syriæ rex Antiochus magnus.

Ariarathes rex Cappadociæ.

Ptolemæus Φιλοπάτωρ rex ægypti.

ANNIBAL CARTHAGINENSIVM DVX.

licet nulli senioris ætatis rectores erant, tamen in su orum quibuscp maiorum uestigiis intentis, magna in doles uirtutis emicuit. Solus Ptolemæus celestus, si cut in occupando regno, ita & segnis in administran do fuit. Philippum Dardani, cæteriq; finitimi po puli, quibus uelut immortale odium cum Macedo num regibus erat, contemptu ętatis, assidue lacesse bant. Contra ille summotis hostibus non contentus sua defendisse, etiam Aetolis bellum inferre gestie bat, quę agitantem illũ Demetrius rex Illyriorũ nu per a Paulo Romano consule uictus, supplicibus pre cibus adgreditur, iniuriam Romanorum querens, qui non contenti Italiæ terminis, imperium, spe im proba, totius orbis amplexi, bellũ cũ omnibus regi bus gerant. Sic illos Sicilię, sic Sardiniæ, Hispanięcp, sic deinde totius Africæ imperium adfectantes, bel lum cum Pœnis, & Annibale suscepisse. Sibi quocp non aliam ob caussam, cp quod Italiæ finitimus ui debatur, bellum illatum, quasi nefas esset aliquem re gem iuxta imperii eorum terminos esse, sed & ipsi cauendum esse exemplum, cuius quanto propius nobiliusq; sit regnum, tanto sit Romanos acriores hostes habiturus. Super hoc cedere se illi regno, qđ Romani occupauerint, profitetur, gratius habitu rus, si in possessione imperii sui socium potius qũam hostem uideret. Huiuscemodi oratione impulit Phi lippum, ut omissis Aetolis bellũ Romanis inferret, minus negotii existimantem, quod iam uictos ab

Demetrij Illyriorũ regis ad Philippum oratio.

Philippus Macedoniæ rex Romanis infert bellum.

Annibale apud Trasimenum lacum audierat. Itaq; ne multis bellis eodem tempore grauaretur, pacem cum Aetolis fecit, non quasi alio bellum translaturus, sed ut Græciæ quieti consulturus, quam nunquam in maiori periculo fuisse adfirmabat. Siquidẽ consurgentibus ab occidente nouis Pœnorum, & Romanorum imperiis, quibus una hæc a Græcia, & Asia sit mora, dum inter se bello discrimen imperii faciunt, cæterum statim victoribus transitum in orientem fore. Videre se itaq; ait consurgentem in Italia nubem illam trucis, & cruenti belli, uidere tonantem, ac fulminantem ab occasu procellam, quam in quascunq; terrarum partes uictoriæ tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturã. Frequenter Græciam ingentes motus passam nunc Persarum, nunc Gallorum, nunc Macedonũ bellis, sed omnia illa ludum fuisse existimaturos, si ea quæ nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit. Cernere se quam cruenta, & sanguinaria inter se bella utriq; populi, & uiribus copiarum, & ducum artibus gerant, quæ rabies, solo finiri partis alterius interitu, sine ruina finitimorum non possit. Feros igitur animos uictorum, minus quidem Macedoniæ, quã Græciæ timendos, quia & remotior & inuindictam sui robustior sit. Scire tamen se eos qui tantis uiribus concurrant, non contentos hoc fine uictoriæ fore, metuendumq; sibi quoq; certamen eorum, qui superiores extiterint.

Rationes pacis à Philippo cum Aetolis factæ.

Hoc

Hoc prætextu, finito cum Aetolis bello, nihil aliud quam Pœnorum, Romanorumque bella respiciens, singulorum uires perpendebat. Sed nec Romani, quibus Pœni, & Annibal in ceruicibus erant, soluti metu Macedonico uidebantur. Nam terrebat eos & uetus Macedonum uirtus, & deuicti orientis gloria, & Philippus studio Alexandri æmulationis incensus, quem promptum ad bella, industriumque cognouerant. Igitur Philippus cum iterato prælio, uictos a Pœnis Romanos didicisset, aperte hostem se his professus, naues, quibus in Italiam exercitum traiiceret, fabricare cœpit. Legatũ deinde ad Annibalem iungendæ societatis gratia cum epistolis mittit, qui comprehensus, & ad senatum perductus, incolumis dimissus est, non in honorem regis, sed ne dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur. Postea uero cum Romanis nuncia tum esset, in Italiam Philippum copias traiecturũ, Leuinum prætorem cum instructis nauibus ad prohibendum transitum mittunt, qui cum in Græciam ueniisset, promissis multis impulit Aetolos bellum aduersus Philippum suscipere. Philippus quoque Aetolos in Romanorum bella sollicitat. Interea & Dardani Macedoniæ fines uastare cœperunt, abductisq; uiginti millibus captiuorũ, Philippum a Romano bello ad tuendũ regnum reuocarunt. Dum hæc aguntur, Leuinus prætor inita cũ Attalo rege societate, Græciam populatur, quibus cladibus per

Legatiõis huius princeps fuit Xenophanes, Liuius libro tertio, Deca. 3.

M. Valerius Leuinus ad Tarentiũ erat cũ nauib. 52. De fœdere inter Rom. & Aetoles facto, Liuius libro 6. Decad. 3. Dardani.

Leuinus init fœdus cũ Attalo Asiæ, et Pleurato ac Scerdiledo Thracum et Illyricorũ regibus.

culsæ ciuitates, auxilium petentes Philippum legationibus fatigãt, nec nõ & Illyriorũ reges lateri eius hę rẽtes assiduis p̃cibus ꝓmissa exigebãt. Super hæc uastati Macedones ultionem flagitabant. Quibus tot, tantisq; obsessus rebus, cui rei primo occurreret ambigebat, omnibus tamen propediem auxilia se missurum pollicetur, non quia facere posset quæ promittebat, sed ut spe impletos in societatis iure retineret. Prima tamen illi expeditio aduersus Dardanos fuit, qui absentiam eius aucupantes, maiore belli mole Macedoniæ imminebant. Cũ Romanis quoq; pacem facit, contentus interim bellum Macedonicum distulisse. Philopœmeni Achęarum ducí, quẽ ad Romanos, sociorum animos sollicitare didicerat, insidias prætendit. Quibus ille cognitis, uitatisq;, discedere ab eo Achæos authoritate sua coegit.

Philippus pacẽ cũ Romanis P. Sempronio ĩ prouincia procõsule facit, Liuius lib. 9. Decad. 3.

LIBER XXX.

PHilippo in Macedonia magnis rebus intento, Ptolemæi in Aegypto diuersi mores erant. Nã regno parricidio obtento, & ad necem utriusq; parentis, cæde etiam fratris adiuncta, ueluti rebus fœliciter gestis, luxuriæ sese tradiderat, regisq; mores omnis secuta regio erat. Itaq; nõ amici tantum, prę fectiq;, uerum etiam omnis exercitus, depositis militiæ studiis, ocio, ac desidia corrupti marcebant. Quibus rebus cognitis, Antiochus rex Syriæ ueteri inter se regnorum odio stimulante, repentino bello multas

Ptolemæi scelera.

Plato. Quales ĩ Repub. principes sunt, tales reliqui solẽt esse ciues.

multas urbes eius oppreſſit, ipſamq; Aegyptum aggreditur. Trepidat igitur Ptolemæus, & per legationes quouſq; uires paret, rogat morari Antiochum. Magno deinde in Græcia exercitu conducto, ſecundū prælium facit, ſpoliaſſetq; regno Antiochum, ſi fortunam uirtute iuuiſſet. Contentus recuperatione urbium, quas amiſerat, factaq; pace auide materiam quietis arripuit, reuolutuſq; in luxuriā, occiſa Eurydice uxore, eademq; ſorore ſua, Agathocleæ meretricis illecebris capitur. Atq; ita omni magnitudine nominis, ac maieſtatis oblitus, noctes in ſtupris, dies in conuiuiis conſumit. Adduntur inſtrumenta luxuriæ tympana, & tripudia, nec iam ſpectatur rex, ſed magiſter nequitiæ, neruorum oblectamenta modulatur. Hæc primo labentis regiæ tacita peſtis, & occulta mala fuere. Deinde creſcente licentia, iam nec parietibus regiæ domus contineri meretricis audacia poteſt, quam proteruiorem, ſociata cum Agathocle fratre ambitioſæ pulchritudinis ſcorto, quotidiana regis ſtupra faciebant. Accedebat & mater Euanthe, quæ geminæ ſobolis illecebris deuinctum regem tenebat. Itaq; non contentæ rege, iam etiam regnum poſſident, iam in publico uiſuntur, iam ſalutantur, iam comitantur. Agathocles regis lateri iunctus, ciuitatem regebat, tribunatus, prefecturas, & ducatus, mulieres ordinabant, nec quiſq; in regno ſuo minus, q; ipſe rex poterat. Cum interim relicto quinquenni ex Eurydice

Bellū Antiochi magni & Ptolemæi Quinquennis.

Exemplū corrupti & intemperantis principis Ptolemæus.

Agathoclea.

Ptolemæi luxuria.

Euanthe.

Ptolemæi mors.

ſororefilio, moritur, ſed mors eius, dum pecuni am regiam mulieres rapiunt, & imperium inita cum perditiſſimis ſocietate occupare conantur, diu oc cultata fuit. Re tamen cognita concurſu multitudi nis Agathocles occiditur, & mulieres in ultionem Eurydicis patibulis ſuffiguntur. Morte regis, ſup plicio meretricum uelut expiata regni infamia, lega tos Alexandrini ad Romanos miſerunt orantes, ut tutelam pupilli ſuſciperent, tuerenturque regnum Aegypti, quod iam Philippum, & Antiochum, fa cta inter ſe pactione, diuiſiſſe dicebant. Grata lega tio Romanis fuit, cauſſam belli quærentibus aduer ſus Philippum, qui inſidiatus eis temporibus punici belli fuerat. Huc accedebat, quod Pœnis & Anni bale ſuperato, nullius magis arma metuebant, repu tantibus quantum motum Pyrrhus partua manu Ma cedonum in Italia feciſſet, quãtaſq; res Macedones in orientegeſſiſſent. Mittuntur igitur legati, qui Antiocho, & Philippo, ut a regno Aegypti abſti neant, nuncient. Mittitur & M. Lepidus in Aegy ptum, qui tutorio nomine regnum pupilli admini ſtret. Dum hæcaguntur, interim legati Attali regis Pergami, & Rhodiorum iniurias Philippi regis que rentes Romam uenerunt. Quæ res omnem cuncta tionem Macedonici belli ſenatui exemit. Statim pre textu ferendi auxilii ſociis, bellum aduerſus Philippũ decernitur, legioneſq; cum conſule in Macedoniam mittuntur. Nec multo poſt tempore tota Græcia fiducia

Legati Alexandrinorum ad Ro.

Occaſio Romanorum gerendi belli cũ Philippo.

M. Lepidus.

BELLVM MACEDONICVM *de quo Liuius.*

fiducia Romanorum aduersus Philippum, spe pri stinæ libertatis erecta, bellum ei intulit. Atq; ita cum rex undiq; urgeretur, pacē petere compellitur. Deinde cum expositæ conditiones pacis a Romanis essent, repetere sua & Attalus, & Rhodii, & Achęi, & Aetoli cœpere. Contra Philippus adduci se pos se, ut Romanis pareat, concedebat. Cæterum indi gnum esse, Græcos a Philippo, & Alexandro ma ioribus suis uictos, & sub iugum Macedonici impe rii subactos, uelut uictores, leges pacis sibi dicere, quibus prius sit ratio seruitutis reddenda, q̄; liber tas uendicanda. Ad postremum tamen, eo peten te, indutiæ duorum mensium sunt datæ, ut pax quæ in Macedonia non conueniebat Romæ a sena tu peteretur. Eodem anno inter insulas Therame nem, & Therasiam medio utriusq; ripæ, & maris spacio, terræ motus fuit. In quo, cum admiratione nauigantium, repente ex profundo cū calidis aquis insula emersit. In Asia uero eodem die motus terrę Rhodum, multasq; alias ciuitates graui ruinarū mo le concussit. Quasdam solidas absorbuit. Quo pro digio territis omnibus, uates cecinere, oriēs Roma norum imperium, uetus Græcorum, ac Macedonū uoraturum. Interim a senatu repudiata pace, Philip pus in societatem belli Nabin tyrannum sollicitat. Atq; ita cum in aciem exercitum, instructis e diuer so hostibus, produxisset, hortari suos cœpit. Refe rēdo Persas, Bactros, Indosq;, & oēm Asiam oriētis

Consul in Macedoniam missus fuit P. Sulpitius.

De pacis conditionibus uide Liuium in fine lib. 2. belli Mace.

Terræ motus

Liuius refert laureā in prætoria naui enatam eodem quoq; tēpore.

Pugna inter Philippū & Flaminū Ro. ad Cynocephalas in Thessalia.

fine a Macedonibus perdomitã, tantoq; fortius hoc bellum, q̃ illa ſubſtinendum, quanto ſit libertas imperio carior. Sed & Flaminius Romanorũ conſul, relatione rerum recentiſſime geſtarum ſuos ſtimulabat in prælium, oſtendendo hinc Carthaginem cũ Sicilia, inter Italiam, & Hiſpaniam Romana uirtute perdomitas, nec Annibalem Alexandro quidem Magno poſtponẽdum, quo Italia pulſo, Africam ipſam tertiam partem mundi ſuperauerint. Sed nec Macedonas ueteri fama, ſed præſentibus uiribus exiſtimandos, quia non cum Alexandro Magno, quem inuictum audiuerant, nec cum exercitu eius, qui totum orientem deuicerat, bellum gerant, ſed cum Philippo puero immaturæ ætatis, qui regni terminos aduerſus finitimos ægre defendat, & cum iis Macedonibus, qui non ita, ut pridem fuerunt. Illos maiorum decora, Romanos ſe ſuorum militum commemorare. Non enim alio exercitu Annibalem, & Pœnos, & totum ferme occidentem, ſed iis ipſis, quos in acie habeat militibus ſubactos. His adhortationibus utrinq; concitati milites, prælio concurrũt, alteri orientis, alteri occidentis imperio gloriantes, ferenteſq; in bellum alii maiorum ſuorum antiquã, & obſoletam gloriam, alii uirentem recentibus experimentis uirtutis florem. Sed Macedones Romana fortuna uicit. Fractus itaq; bello Philippus pace a Flaminio conſule petita, nomen quidem regium retinuit, ſed omnibus Græciæ urbibus, uelut

Flaminij ad milites exhortatio.

Sic alij. Qui nõ ita prædæ ut pridẽ Dardanis fuerunt. Sed prior lectio magis placet.

Philippus uincitur à Romanis.

uelut regni membris extra terminos antiquæ possessionis amissis, solam Macedoniam retinuit. Offensi tamen Aetoli, quia non ex arbitrio eorum Macedonia quoq; adempta regi, & data sibi in præmium belli esset, legatos ad Antiochum mittunt, qui eum adulatione magnitudinis in Romana bella spe societatis uniuersæ Græciæ impellerent.

MOrtuo Ptolemæo Philopatre rege Aegypti, cõtemptaq; paruuli filii eius ætate, qui in spem etiam regni relictus, præda domesticis erat, Antiochus rex Syriæ occupare Aegyptum statuit. Itaq; Phænicem, cæteraſque Syriæ quidem, sed iuris Aegypti ciuitates cum inuasisset, legatos ad eum Senatus mittit, qui denunciarent ei, abstineret a regno pupilli, postremis patris precibus fidei suæ traditi. Quibus spretis interiecto tempore alia legatio superuenit, quæ, omissa pupilli persona, ciuitates iu rebelli factas populi Romani, in integrum restitui iubebat. Abnuenti bellum denunciatur, quod ille facile susceptum infœliciter gessit. Eodem tempore, & Nabis tyrannus multas Græciæ ciuitates occupauerat. Igitur senatus, ne eodem tempore duplici bello Romanæ uires detinerentur, scripsit Flaminio si ei uideatur, sicuti Macedoniam a Philippo, ita Græciã a Nabide liberaret. Ob quam causſam imperiũ ei prorogatum est. Terribile quippe Antiochi bellum

Cauſsa Syriaci belli inter Ro. & Antiochum.

Bellum Ro. cũ Nabide Lacedæmoniorũ tyranno.

Annibalis nomen terribile

Annibalis nomen faciebat, quẽ æmuli eius, occultis mandatis, cum Antiocho iisse societatem apud Romanos criminabãtur, negantes eum æquo animo sub legibus uiuere assuetum, imperio & immodera ta licentia militare, semperq; tędio quietis urbanæ nouas belli causſas circunspicere, quæ & si falsa nun ciata fuissent, apud timentes tamen pro ueris habe bantur. Denicq; Senatus metu perculsus ad speculan dos actus Annibalis legatũ in Africam Seruiliũ mit tit, eicq; tacitis mandatis prędcepit, ut si posset, eũ per æmulos eius interficeret, metuq; inuisi nominis tan dem populũ Romanũ liberaret. Sed res Annibalem non diu latuit, uirũ ad prospicienda, cauẽdaq; peri cula peritũ, nec minus in secundis aduersa, q̃ in ad uersis secunda cogitantẽ. Igitur cũ tota die in oculis principum, legaticq; Romani in foro Carthaginensi um obuersatus in supremum fuisset, appropinquãte uespere, equum conscendit, & rus urbanum quod prope littus maris habebat, ignaris seruis iussisq; ad portam diuertẽtem opperiri cõtendit. Habebat ibi naues cum remigibus, occulto sinu littoris absconditas. Erat etiã grandis pecunia in eo agro prędparata, ut cum res exegisset, nec facultas fugam, nec inopia moraretur. Lecta igitur seruorum iuuẽtute, quorũ copiam Italicorum captiuorum numerus augebat, nauem conscendit, cursumq; ad Antiochum dirigit. Postera aũt die ciuitas principem suum, ac tum temporis consulem in foro expectabat, quẽ ut profectũ nunciatum

Romani per Seruilium legatũ insidias Annibali parant.

Annibalis prudentia.

Annibalis ex Africa fuga ad Antiochũ.

nunciatum est, non aliter q̃ si urbs capta esset omnes trepidauere, exitiosamq; sibi fugam eius ominati sunt. Legatus uero Romanus, quasi bellũ iam illatũ Italiæ ab Annibale esset, tacitus Romã reuertitur, trepidumq; nunciũ refert. Interim Flaminius in Græcia, iuncta cum quibusdã ciuitatibus societate, Nabidem tyrannũ duobus continuis præliis subegit, & grauiter fractum, uelut exanguem in regno reliquit. Sed libertate Græciæ restituta, reductis ab urbibus præsidiis, cũ Romanus exercitus in Italiam reportatus esset, uelut uacua rursus possessione sollicitatus, multas ciuitates repentino bello inuasit, quibus rebus exterriti Achæi, ne uicinum malum etiã ad se serperet, bellum aduersus Nabidem decernunt, ducemq; prętorem suum Philopomenẽ, insignis industriæ uirum, constituunt, cuius in eo bello tanta uirtus enituit, ut opinione omnium compararetur Flaminio Romano imperatori. Eodem tempore Annibal cũm ad Antiochum peruenisset, uelut Deorũ munus excipitur, tantusq; eius aduẽtu ardor animis accessit, ut non tam de bello, q̃ de præmiis uictoriæ cogitaret. Sed Annibal, cui nota Romana uirtus erat, negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse. Ad hoc libi centum naues, & decem millia peditum, & mille equites poscebat. Promittens hac manu non minus bellum, q̃ gesserit Italiæ restauraturum, & in Asiam regi sedenti, aut uictoriam de Romanis, aut æquas pacis conditiones relaturum. Quippe &

Liuius de hoc bello dec. 4. lib. 4.

Annibalis cõsiliũ de bello contra Romanos gerendo.

Hiſpanis bello flagrantibus ducem tantum deeſſe, & Italiam notiorem ſibi nunc quã pridẽ fuiſſe. Sed nec Carthaginem quieturam, ſociamq; ſe ſine mora præbituram. Cum regi conſilia placuiſſent, mittitur Carthaginẽ unus ex comitibus Annibalis, qui in bellum cupidos hortetur, Annibalemq; cum copiis adfuturum nunciet, nihil dicat partibus, niſi animos Carthaginenſium deeſſe, Aſiam & uires belli, & ſumptum præbituram. Hęc cum relata Carthaginem eſſent, nuncius ipſe ab inimicis Annibalis comprehenditur, & perductus in ſenatum cum interrogaretur ad quẽ miſſus eſſet, punico ingenio reſpondit ſe ad uniuerſum ſenatum miſſum. Nec enim hoc opus ſingulorum, ſed uniuerſorum eſſe. Dum multis diebus deliberant, an eum Romam ad purgandã publicam conſcientiam mittant, tacitus conſcenſa naue ad Annibalem reuertitur, quo cognito Carthaginenſes ſtatim Romam legatum deferunt. Romani quoq; ad Antiochum legatos miſere, qui ſub ſpecie legationis, & regis adparatum ſpecularentur, & Annibalem aut Romanis mitigarent, aut aſſiduo colloquio ſuſpectum, inuiſumq; regi facerent. Itaq; legati cum Epheſi conueniſſent ad Antiochum mandata ei ſenatus tradunt. Dum reſponſum expectant omnibus diebus aſſidui cum Annibale fuerunt, dicentes, timide eum a patria receſſiſſe, cum pacem Romani non tam cum Repub. quam cum eo factam ſumma fide cuſtodiant, nec bella eum Romanorum magis

Ariſtoni Tyrio nomen erat, qui Carthaginẽ mittebatur.

Liuius hæc paulo aliter & copioſius narrat.

Legati Romani ad Antiochũ miſſi erant P. Sulpitius, & P. Iulius.

Legatorũ Romanorum aſtutia.

magis odio, quã patriæ amore gessisse, cui ab optimo quoq; etiam spiritus ipse debeatur. Has enim publicas inter populos, nõ priuatas inter dũces belli causas esse, inde res gestas eius laudare, quorum sermone lætus, sæpius cupidiusq; cum legatis colloquitur, ignarus quod pro familiaritate Romana odium sibi apud regem crearet. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio reconciliatam cum Romanis gratiam existimans, nihil ad eum sicut solebat referre, expertemq; totius consilii, & ueluti hostem, proditoremq; suum odisse cœpit. Quæ res tantũ adparatum belli, cessante imperatoria arte corrupit. Senatus mandata fuerant, ut contentus termi nis Asiæ esset, nec ipsis ingrediendi Asiam necessitatem imponeret. Quibus spretis, non accipiendum bellum statuisse, sed inferendum dicitur, cum frequenter de bello consilium habuisset, remoto Annibale, tandem eum uocari iussisse, non ut ex sentẽtia eius aliquid ageret, sed ne per omnia eum spreuisse uideretur, omnibusq; perrogatis, postremum interrogasse, quo ille animaduerso, intelligere se professus est, non quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum se uocatum, tamen et odio Romanorum & amore regis, apud quem solũ tutum sibi exilium relictum sit, se uiam gerendi belli edisserturum. Veniam deinde libertatis deprecatus est, nihil se, aut consiliorum, aut cœptorum prę sentium probare ait, nec sedem belli Græciam sibi

Antiochi & Annibalis de bello gerendo cõsilia.

Annibalis cõsilium.

placere, cũ Italia uberior materia sit. Quippe Romanos uinci non nisi armis suis posse. Nec Italiã aliter; quã Italicis uiribus subigi. Siquidem diuersum cæteris mortalibus esse illud & belli genus, & hominũ, aliis bellis plurimũ momenti habere priorem aliquã cepisse occasionẽ loci, temporisq; , agros rapuisse, urbes aliquas expugnasse, cũ Romano, seu occupaueris prior aliqua ratione, seu uiceris, tum etiã cum uicto & iacente luctandũ est. Quã ob rem, siquis eos in Italia lacessierit, suis eos opibus, suis uiribus, suis armis posse uinci, sicut ipse fecerit. Sin uero quis illis Italia uelut fonte cesserit uirium, perinde falli, ac siquis amnes non ab ipsis fontium primordiis deriuare, sed concretis iam aquarum molibus auertere, uel exiccare uelit. Hoc & secreto se censuisse, ultroq; ministeriũ consilii sui obtulisse, & nunc præsentibus amicis ideo repetisse, ut scirent omnes rationẽ cum Romanis gerendi belli, eosq; foris inuictos domi fragiles esse. Prius nanq; eos urbe, quã imperio, prius Italia quã prouinciis exui posse. Quippe & a Gallis captos, & a se prope deletos esse, neq; se unquam uictum, priusquã terris eorum cesserit. Reuerso Carthaginem, statim cum loco fortunam belli mutatã.

Ratio gerendi belli cũ Romanis.

Annibalis de Romanis iudicium.

Huic sententiæ obtrectatores amici regis erant, non utilitatem rei cogitantes, sed uerentes, ne probato consilio eius, primum apud regem locum gratiæ occuparet. At Antiocho non tam consilium, quam author displicebat, ne gloria uictoriæ Annibalis, nõ

sua

ſua eſſet. Omnia igitur uariis aſſentationũ adulatio nibus corrumpebantur, nihil conſilio, uel ratione agebatur. Rex ipſe per hyemem in luxuriam lapſus, nouis quotidie nuptiis deditus erat. Contra Atti lius Romanus conſul, qui ad hoc bellũ miſſus erat, copias, arma cæteraq; bello neceſſaria ſumma indu ſtria parabat, ciuitates ſocias confirmabat, dubias illiciebat, nec alius exitus belli, quã adparatus utri uſq; partis fuit. Itaq; prima belli congreſſione cum cedentes ſuos rex cerneret, non laborantibus auxi lium tulit, ſed fugientibus ſe ducem præbuit, ca ſtraq; ditia uictoribus reliquit. Deinde cum in Aſi am, præda Romanis occupatis fugiẽdo, peruenisſet, pœnitere neglecti conſilii cœpit, reuocatoque in amicitiam, Annibale, omnia ex ſententia eius agere uelle dicit. Interim nunciatur ei, Liuium Menemũ Romanum ducem cum octoginta roſtratis nauibus in bellum nauale a ſenatu miſſum aduentare, quę res illi reſtituendæ fortunæ ſpem dedit. Itaq; priuſquã ſociæ ciuitates ad hoſtes deficerent, decernere naua li prœlio ſtatuit, ſperans cladem in Græcia acceptã noua poſſe uictoria aboleri. Annibali igitur tradi ta claſſe prælium committitur. Sed nec Aſiani mili tes Romanis, neq; naues eorum pares roſtratis na uibus fuere, minor tamen clades ducis ſolertia fuit. Romam nondum opinio uictoriæ uenerat, & iccir co in conſulibus creandis ſuſpenſa ciuitas erat. Sed aduerſus Annibalẽ ducem quis melior, q; Africani

Antiochi negligẽtia in parando bello.

Attilij Rom. Cos. diligentia.

Victus eſt Antiochus ad Thermopylas. Liuius li. 6. Decad. 4

Antiochus naual prælio uincitur à Roma. à C. Liuio Romanæ claſſis præfecto.

frater crearetur, cum uincere Pœnos opus Scipionum sit? Creatur igitur consul Lucius Scipio, eiq; datur legatus frater Africanus, ut intelligeret Antiochus non maiorem fiduciam se in Annibale uicto, q̃ Romanos in uictore Scipione habere. Traiicientibus in Asiam Scipionibus exercitum, iam utrobiq; profligatum bellum nunciatum est, uictumq; Antiochum terrestri, Annibalem nauali bello inuenerũt. Primo igitur aduentu eorum legatos pacem petentes ad eos Antiochus mittit, peculiare donum Africano ferentes ipsius filium, quem rex paruo nauigio traiicientem ceperat. Sed Africanus priuata beneficia a rebus publicis segregata dixit, aliaq; esse patris officia, alia patriæ iura, quæ non liberis tantum, uerum etiam uitæ ipsi præponantur. Proinde gratum se munus accipere, priuatoq; impendio munificentiæ regis responsurum. Quod ad bellum, pacemq; pertineat, nihil neq; gratiæ dari, neq; de iure patriæ decidi posse respondit. Nam neq; de redimendo filio unq̃ tractauit, nec senatũ de eo agere permisit, sed ut dignum maiestate eius erat, armis se recepturum filium dixerat. Post hæc leges pacis dicuntur. Vt Asia Romanis cederet, cõtentus Syriæ regno esset, naues uniuersas, captiuos, & transfugas traderet, sumptumq; omnem belli Romanis restitueret. Quæ cum nunciata Antiocho essent, nondum ita uictum se esse respondit, ut spoliari

L. Scipio consul proficiscitur cũ fratre P. Scipione Africano aduersus Antiochum.

Antiochi legatus Byzantius Heraclids ad Cos. pro pace petenda.

Liuius ait Antiochum P. Scipioni Eleæ ægrotanti, post istam legationem, filium captum misisse, neq; solum patrio animo gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuisse.

Exemplũ fortitudinis Scipio.

Pacis conditiones.

liari se regno pateretur, bellicq; ea irritamenta, non pacis blandimenta esse. Igitur dum ab utroq; bellum pararetur, & ingressi Asiã Romani, Ilion uenissent mutua gratulatio, Ilienſium ac Romanorum fuit, Ilienſibus Aeneam, cæteroſq; duces a se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus. Tantaq; lætitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet. Iuuabat Ilienses nepotes ſuos occidente, & Africa domita, Asiam ut auitum regnum uendicare, optabilem Troiæ ruinã fuisse dicentes, ut tam fœliciter renascerentur. Contra Romanos auitos lares & incunabula maiorum, templaq; ac Deorum simulacra, inexplebile desyderium uidendi tenebat. Profectis ab Ilio Romanis, Eumenes rex cum auxiliis, Romanis occurrit. Nec multo post prælium est cum Antiocho cõ missum. Cum in dexteriore cornu, pulsa legio Romana maiore dedecore q; periculo ad castra fugeret. M. Aemilius tribunus militum ad tutelam castrorum relictus, armare milites ſuos, & extra uallum progredi iubet, strictiſq; gladiis fugientibus minari, morituros dicens, nisi in prælium reuertantur, infestioraq; ſua q; hostium castra, inuenturos. Attonita tanto periculo legio, comitantibus commilitonibus, qui fugere eos prohibuerant in prælium reuertitur. Magnaq; cæde edita initium uictoriæ fuit. Cæsa hostium .1. millia, capta xi. millia. Antiocho pacem petenti nihil ad ſuperio

Romanorũ et Ilienſium congratulatio.

Pugna Rom. cum Antiocho circa Magneſiã, cuius egregia & prolixa deſcriptio extat apud Liuiũ.

M. Aemilij uirtus.

Antiochus uincitur à Scipionibus.

res conditiones additũ, Africano prædicante, neq; Romanis si uincantur animos minui, neq; si uincant secundis rebus insolescere. Captas ciuitates inter socios diuisere, muneris Romani aptiorem gloriam, quã possessiones uoluntarias iudicantes. Quippe uictoriæ gloriam Romano nomini uendicandam, opum luxuriam sociis relinquendam.

LIBER XXXII.

Aetoli uincũtur à Rom. Liuius Deca. 4. lib. 8.

AEtoli qui Antiochum in bella Romana impulerant; uicto eodem soli aduersus Romanos, & uiribus impares, & omni auxilio destituti remanserant. Nec multo post uicti libertatem, quam illibatam aduersus dominationem Athenienſiũ, & Spartanorum inter Græciæ ciuitates soli retinuerãt, amiserunt. Quæ conditio tanto illis amarior, quanto serior fuit, reputantibus tempora illa, quibus tantis Persarum opibus domesticis uiribus restiterãt, quibus Gallorum uiolentiam Asiæ, Italiæq; terribilem Delphico bello fregerant. Quæ sola glorioſa recordatio maius desyderium libertatis augebat. Dum

Bellum inter Messenios & Achæos.

hæc aguntur medio tempore inter Messenios, & Achæos de principatu primo contentio, mox bellũ ortum est. In eo nobilis Achæorum Philopœmenes imperator capitur, non quia pugnando uitæ parceret, sed dum suos in prælium reuocat, in transitu

De hac pugna Plutar. in uita Philopœmenis.

fossæ equo præcipitatus, a multitudine hostium oppressus est. Quem iacentem Messenii, seu metu uirtutis,

tutis, uel uerecundia dignitatis interficere ausi non fuerunt. Itaq; uelut in illo omne bellum confecisſent, captiuum per uniuersam ciuitatem in modum triumphi circunduxerunt, effuso obuiam populo, ac si suus, non hostium imperator aduentaret, nec uictorem Achæi auidius uidissent, quam uictum hostes uiderunt. Igitur eundem in theatrum duci iusserunt, ut omnes contuerentur, quem potuisse capi incredibile singulis uidebatur. Deinde in carcerem deducto, uerecundia magnitudinis eius uenenum ei dederunt, quod ille lætus, ac si uicisset accepit, quę sito prius, an Lycortas præfectus Achæorum, quẽ secundum a se esse scientia rei militaris sciebat, incolumis effugisset. Quem, ut accepit euasisse, etiam non in totum dicens consultum male Achæis, expirauit. Nec multo post reparato bello Messenii uincuntur, pœnasq; interfecti Philopœmenis pependerunt. Interea in Syria rex Antiochus, cum graui tributo pacis a Romanis premeretur & uictus oneratusq; esset, seu inopia pecuniæ compulsus, seu auaritia sollicitatus, qua sperabat se sub specie tributariæ necessitatis excusatius sacrilegia commissurum, adhibito exercitu, nocte templum Dodonæi Iouis adgreditur. Qua re prodita concursu incolarum cum omni militia interficitur. Romæ cum multæ Græciæ ciuitates questũ de iniuriis Philippi regis ueniissent, & disceptatio in senatu inter Demetrium Philippi filiũ, quem pater ad satisfaciendũ senatui

PHILOPOEMENES *præclari imperatoris exẽplũ.*

Virtutis reuerentia.

Philopœmenis mors, de qua copiose Plutarch. & Liuius.

Antiochus magnus, in sacrilegio interficitur.

Alij Dindymæi, qd' magis placet. Strabo Belitẽ plũ spoliantẽ Antiochum Barbarorum cõcursu interemptum scribit.

Legatorũ de Philippo querelæ.

miserat, & legatos ciuitatum esset, turba querelarũ confusus adulescens repente obticuit. Tunc senatus uerecundia eius motus, qua priuatim etiam antea, cum obses Romæ esset, carus omnibus fuerat, cauſſam illi donauit, atq; ita modestia sua Demetrius ueniam patri, non iure defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit. Quod ipsum decreto senatus significatum est, ut adpareret non tam absolutum regem, q; donatum filio patrem, quæres Demetrio non gratiam legationis, sed odium obtrectationis comparauit. Nam apud fratrem Persea æmulatio illi inuidiam contraxit, & apud patrem nota absolutionis cauſſa, offensa fuit, indignante Philippo plus momenti apud senatum personam filii, q; authoritatem patris, ac dignitatem regię maiestatis habuisse. Igitur Perseus perspecta patris ægritudine, quotidie absentem Demetrium apud eum criminari, & primo inuisum, post etiam suspectum reddere, nunc amicitiam Romanorum, nunc proditionẽ ei patris obiectare. Ad postremum insidias sibi abeo paratas confingit, ad cuius rei probationem immittit iudices, testes subornat, & facinus quod obiicit, admittit, quibus rebus patre compulso ad parricidium, funestam omnem regiam fecit. Occiso Demetrio sublatoq; æmulo non neglectior tantum Perseus in patrem, uerum etiam & contumacior erat, nec hęredem regni, sed regem se gerebat. His rebus offensus Philippus impatientius indies mortem Demetrii

Demetrij pudor.

Quæres Demetrio patris odium constarit.

Extant pulcherrimę utriusq; oratiõcs apud Liuiũ.

Demetrij mors.

Exẽplũ impietatis erga fratrẽ & patrẽ Perseus.

metrii dolebat, tũc & insidiis se circũuentum suspicari, testes iudicesq; torquere. Atq; ita cognita fraude non minus scelere Persei, q̃ innoxia Demetrii morte cruciabatur, peregissetq; ultionẽ, nisi morte prę uentus esset. Nam breui post tempore, morbo ex ægritudine animi contracto decessit, relicto magno belli apparatu aduersus Romanos, quo postea Perseus usus est. Nam & Gallos Scordiscos ad belli societatem perpulerat, fecissetq; Romanis graue bellum nisi decessisset. Nãq; Galli bello aduersus Delphos infœliciter gesto, in quo maiorem uim numinis, q̃ hostiũ senserant, amisso Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant. Inde per eadem uestigia, qua uenerant antiquã patriam repetiuere. Ex his pars quædam in confluente Danubii, & Sai consedit, Scordiscosq; se appellari uoluit. Tectosagi autem cum in antiquam patriã Tolosam uenissent, comprehensiq; pestifera lue essent, non prius sanitatem recuperauere, q̃ aruspicum responsis moniti, aurum, argentumq; bello sacrilegiisq; quę situm in Tolosensem lacum mergerẽt. Quod omne magno post tempore Cæpio Romanus consul abstulit. Fuere auri pondo .cx. millia, argenti pondo quinquies decies .c. millia. Quod sacrilegium caussa excidii Cæpioni, exercituiq; eius postea fuit. Romanos quoq; Cymbrici belli tumultus uelut ultor sacræ pecuniæ insecutus est, ex gente Tectosagorum non mediocris populus prædæ dulcedine Illiricum

Philippus moritur postq̃ regnasset annis 42.

Philippi apparatus belli in Ro.

Galli.

Scordisci.

Tectosagi.

Sacrilegij ultio.

Aurum Tolosanum.

Istriorũ origo

petiuit, ſpoliatiſq; Iſtris in Pannonia conſedit. Iſtrio
rum gentẽ fama eſt originẽ a Colchis ducere, miſſis
Argonautæ. ab Aeta rege ad Argonautas, raptorẽq; filię perſequẽ
Saus. dos, qui ut a ponto intrauerunt Iſtrũ, alueo Sai ſlu
minis penitus inuectí, ueſtigia Argonautarũ inſequẽ
tes, naues ſuas humeris per iuga montiũ uſq; ad lit
tus Adriatici matris tranſtulerũt. Cognito q; argo
nautę idẽ ꝓpter longitudinẽ nauis priores feciſſent,
Colchi. quos, ut aduectos Colchi nõ reperiũt, ſiue metu regis,
Aquileia. ſiue tędio longę nauigationis iuxta Aquileiam conſe
dere, Iſtriq; ex uocabulo amnis, quo a mari conceſſe
rant appellati. Daci quoq; ſoboles Getarũ ſunt, qui
Daci à Getis. cũ Olore rege aduerſus Baſtarnas male pugnaſſent,
Dacorum militum ignominia. ob ultionem ſegnitiæ capturi ſomnũ, capita, loco pe
dum, ponere iuſſu regis cogebantur, miniſteriaq;
uxoribus, quæ ipſis antea fieri ſolebant facere. Nec;
hæc ante mutata ſunt, q̃ ignominiã bello acceptã uir
tute delerent. Igitur Perſeus, cum imperio Philippi
patris ſucceſſiſſet, oẽs has gentes aduerſus Romanos
Pruſias Bithyniæ rex. in ſocietatẽ belli ſollicitabat. Interim inter Pruſiam
regem, ad quẽ Annibal poſt pacẽ Antiocho a Roma
nis datam, profugerat, & Eumenem bellũ ortum eſt
quod Pruſias Annibalis fiducia rupto fœdere prior
intulit. Nanq; Annibal, cum ab Antiocho Romani
Annibalis ab Antiocho fuga in Cretã. inter cæteras conditiones pacis, deditionem eius de
poſcerent, admonitus a rege in fugam uerſus Cretã
defertur, Vbi cum diu quietam uitam egiſſet, inui-
dioſumq; ſe propter nimias opes uideret, amphoras
plumbo

plumbo repletas in tẽplo Dianæ quasi fortunæ suæ præsidia deposuit, atq; ita nihil de illo sollicita ciuitate, quoniam uelut pignus opes eius tenebat, ad Prusiam contendit, auro suo in statuis, quas secum portabat infuso, ne conspectæ opes uitæ suæ nocerent. Deinde cum Prusias terrestri bello ab Eumene uictus esset, prælium q; in mare transtulisset, Annibal nouo commento author uictoriæ fuit. Nam omne serpentum genus in fictiles lagenas conijci iussit, medioq; prælio in naues hostium mittit. Id primum Ponticis ridiculum uisum fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed ubi serpentibus repleri naues cœpere, ancipiti periculo circunuenti, hosti uictoriam cessere. Quæ ubi Romæ nunciata sunt, missi a senatu sunt legati, qui utrunq; regem in pacem cogerẽt, Annibalemq; deposcerent. Sed Annibal re cognita sumpto ueneno, legationem morte præuenit. Insignis hic annus trium toto orbe maximorũ imperatorum fuit mortibus, Annibalis, Philopœmenis, & Scipionis Africani. Ex quibus constat Annibalẽ nec cum Italia, cum Romano tonantẽ imperio cõtremuit, nec cũ reuersus Carthaginẽ summũ imperiũ tenuit, aut cubantem cœnasse, aut plus sextario uini indulsisse, pudicitiamq; eũ tantã inter tot captiuas habuisse, ut in Africa natũ quis negaret. Moderationis certe eius fuit, ut cũ diuersarum gentiũ exercitũ rexerit, neq; insidiis suorũ militũ sit petitus unq;, neq; fraude proditus, cum utrunq; hostes sæpe tentassent.

Annibalis astutia.

Annibal coniectis in naues serpentibus uincit.

Annibalis Philopœmenis & Scipionis Africani mors.

Annibalis tẽperantia ac moderatio.

IVSTINI
LIBER XXXIII.

Bellum Romanum cũ Perseo Macedoniæ rege

MInore quidem rerum motu Romani Macedonicum q̃ Punicum bellum gesserunt, sed tanto clarius, quanto nobilitate Macedones Pœnos ante cesserunt. Nam cum gloria orientis domiti, tum auxiliis omnium regum iuuabantur. Itaq; Romani, & legationes plures numero conscripserunt, & auxilia a Masinissa rege Numidarum, cæteriscq; sociis omnibus acceperunt. Et Eumeni regi Bithyniæ denunciatum ut bellũ summis uiribus iuuaret. Perseo

Perseus Macedoniæ rex.

præter Macedonicũ exercitũ inuictæ opinionis, decennii belli sumptus a patre paratus in thesauris, & in horreis erat. Quibus rebus inflatus, & oblitus fortunæ paternæ, ueterem Alexandri gloriam considerare suos iubebat. Prima congressio equitum fuit, qua uictor Perseus suspensam omnium expectationem in fauorem sui traxit, misit tamen legatos ad consulem, qui pacem peterent, quã patri suo Romani etiam uicto dedissent, impensas belli lege uicti suscepturus. Sed consul Sulpitius non minus graues, q̃ uicto leges dixit. Dum hæc aguntur, metu tam periculosi belli, Romani Aemilium Paulum consulem creant, eique extra ordinem Macedonicum bellum decernunt, qui cum ad exercitum uenisset, non magnam moram pugnæ fecit. Pridie q̃ cõsereretur bellum nocte Luna defecit. Triste id ostentum Perseo omnibus præsagientibus, finẽq; Macedonici regni portẽdi uaticinantibus. In ea pugna. M.

Sulpitius consul.

Paulus Aemilius cõsul designatus Imperator in Macedonicũ bellum.

Lunæ defectio.

Cato Catonis oratoris filius, dū inter cōfertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus pedestre prę lium aggreditur. Nam cadentem manipulus hostiū cū horrido clamore, uelut iacentē obtruncaturus circunsteterat. At ille citius corpore recollecto magnas strages ædidit. Cum ad unum opprimendū undecunq; hostes cōuolarent, dū procerū quendā petit, gladius eius e manu elapsus, in mediā cohortē hostiū decidit. Ad quē recuperandū umbone se protegēs in spectante utroq; exercitu, inter mucrones se hostiū immersit, recollectoq; gladio, multis uulneribus exceptis, ad socios cum clamore oīm reuertitur. Huius audaciā ceteri imitati uictoriā peperere. Perseus rex fuga cū decē millibus talentū Samothraciā defertur. Quem Cneus Octauius, ad prosequendū missus a consule, cum duobus filiis Alexādro, & Philippo cepit, captūq; ad consulē duxit. Macedonia a Carano, qui primus in ea regnauit, usq; ad Perseum triginta reges habuit. Quorū sub regno fuit quidē annis noningētis, & uiginti tribus, sed rerū non nisi centū nonaginta duobus annis potita, ita cum in ditionē Romanorū cessisset, magistratibus per singulas ciuitates constitutis, libera facta est, legesq; quibus adhuc utitur a Paulo accepit. Aetolorū uniuersarū urbium senatus cū cōiugibus, & liberis, qui dubia fide fuerāt, Romā missus, ibiq; ne in patria aliquid nouaret diu detentus, ægreq; per multos annos legationibus ciuitatū senatu fatigato in patriā quisq; suā remissus est.

Pugna Aemilij & Persei ad Esona & Lycū amnes.

M. Cato Catonis oratoris filius exemplum militaris fortitudinis & mirabilis audaciæ.

Plutarchus in Paulo Aemilio.

Persei fuga.

Perseus capitur.

Macedonū reges quot fuerint, sub his quā diu regnū durauerit, floruerituq;.

Aetolorū senatus Romā missus.

Belli Achaici origo.

POenis, ac Macedonibus ſubactis, Aetolorumq; uiribus principum captiuitate debilitatis, ſoli adhuc ex Græcia uniuerſa Achæi nimis potentes tunc temporis Romanis uidebantur, non propter ſingularum ciuitatum nimias opes, ſed propter conſpirationem uniuerſarum. Nanq; Achæi licet per ciuitates ueluti per membra diuiſi ſint, unum tamen corpus, & unum imperium habent, ſingularumq; urbium pericula mutuis uiribus propulſant. Quærentibus igitur Romanis cauſſas belli, tempeſtiue fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odiũ populabantur. Spartanis a ſenatu reſponſum eſt, legatos ſe ad inſpicienda reſſociorum, & ad iniuriam demendam in Græciam miſſuros, ſed legatis occulte mandata data ſunt,

Legati Romanorum ad Achæos.

ut corpus Achæorum diſſoluerent, ſingulaſque urbes proprii iuris facerent, quo facilius ad obſequia cogerentur, & ſi quæ urbes contumaces eſſent frangerentur. Igitur legati, omnium ciuitatum principibus Corinthum euocatis, decretum ſenatus recitant, quid cõſilii habeãt aperiũt. Expedire omnibus dicunt, ut ſingulę ciuitates leges ſuas, & iura ſua habeant. Quod ubi oĩbus innotuit, uelut in furorẽ uerſi, uniuerſum peregrinũ populum trucidãt. Legatos quoq; ipſos Romanorũ uiolaſſent, niſi audito tumultu trepidi fugiſſent. Hæc ubi Romæ nunciata ſunt

Legatos alij uiolatos referunt, à Critolao Achæorũ principe.

ſtatim ſenatus Mummio cõſuli bellũ Achaicũ decernit,

nit. Qui extemplo' exercitu deportato, & omnibus strennue prouisis, pugnandi copiam hostibus fecit. Sed Achæi uelut nihil negocii Romano bello susce pissent. Ita apud eos neglecta omnia, & soluta fue re, itacꝫ prædam, non prælium cogitantes, uehicu la ad spolia hostium reportanda duxerunt, & con iuges, liberosꝫ suos ad spectanda certamina in mon tibus posuerunt. Sed prælio commisso, ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculum sui, & gra uem luctus memoriam reliquerunt. Coniuges quoque & liberi eorum de spectatoribus captiui fa cti, præda hostium fuere. Vrbs ipsa Corinthus di ruitur, populus omnis sub corona uenditur, ut hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarum rerum imponeretur. Dum hæc aguntur, rex Syriæ Anti ochus, Ptolemæo maiori sororis suæ filio regi Aegy pti bellum infert, segni admodum, & quotidiana luxuria ita marcido, ut non solum regiæ maiestatis officia intermitteret, uerum etiam sensu hominis ni mia segnitia careret. Pulsus igitur regno ad fratrem minorem Ptolemæum Alexandriam confugit, parti cipatocꝫ cũ eo regno, Romam legatos ad senatũ mit tunt, auxilia petunt, fidem societatis implorant. Mo uere senatum preces fratrum. Mittitur igitur lega tus. P. Popilius ad Antiochũ, qui abstinere eũ Aegy pto, aut si iã incessisset excedere iuberet. Cũ in Aegy pto eũ inuenisset, osculũcꝫ ei rex obtulisset (Nam co luerat inter cęteros P. Popiliũ Antiochus, cũ Romę

Victi sunt primum Achæi à Metello ad Thermopylas postremo in Isthmo à L. Mummio consule.

Corynthus deruitur.

Aes Corynthiacum.

Antiochus Epiphanes Ptolemęo Epiphane infert bellum seu ut Iosephus uult Philomatori.

P. Popilius Ro. legatus.

Excẽplũ prudẽtis et cõstãtis uiri Popilius, qui priuatæ amicitiæ i publico negotio rationẽ haberi neutiq̃ æquũ censet.

obſes eſſet). Tunc Popilius faceſſere interim priuatam amicitiam iubet, cum mandata patriæ intercedant, prolatoq; ſenatus decreto, & tradito, cum cunctari regem uideret, conſultationemq; ad amicos referre, ibi Popilius uirga, quam in manu gerebat, amplo circulo incluſum, ut amicos caperet, conſulere iubet, nec prius inde exire, quã reſponſum ſenatui daret, aut pacem, aut bellum cum Romanis habiturum. Adeoq; hæc aſperitas animum regis fregit, ut pariturum ſe ſenatui reſponderet. Reuerſus in regnum Antiochus decedit, relicto paruulo admodũ filio, cui cum tutores dati a populo eſſent, patruus eius Demetrius, qui obſes Romæ erat, cognita morte Antiochi fratris ſenatum adiit, obſidemq; ſe uiuo fratre ueniſſe, quo mortuo, cuius obſes ſit ſe ignorare. Dimitti igitur ſe ad regnum petendum æquum eſſe, quod ſicuti iure gentium maiori fratri ceſſerit, ita nunc ſibi qui pupillum ætate antecedat deberi. Cum ſe non dimitti animaduerteret a ſenatu, tacito iudicio tutius apud pupillum, quam apud eum regnum futurum arbitrante, ſpecie uenandi ab urbe profectus, hoſtiæ tacitus, cum fugæ comitibus nauẽ conſcendit. Delatus in Syriam ſecundo fauore omniũ excipitur, regnumq; ei occiſo pupillo a tutoribus traditur. Eodẽ tempore ferme Pruſias rex Bithyniæ conſilium cepit interficiendi Nicomedis filii, dum conſulere ſtudet minoribus filiis, quos ex nouerca eius ſuſceperat, & Romæ habebat. Sed

Antiochus Epiphanes moritur, relicto Antiocho Eupatore filio.

Demetrius obſes è Roma aufugit.

Alij hoſtis. Demetrius σωτὴρ Syriæ rex.

Pruſias Buthyniæ rex.

res

res adulescenti ab his qui facinus susceperant, prodi tur, hortaticq; sunt, ut crudelitate patris prouocatus occupet insidias, & in authorem retorqueat scelus. nec difficilis persuasio fuit. Igitur cum accitus, in patris regnum ueniisset, statim rex adpellatur. Prusias regno spoliatus a filio, priuatusq; redditur, etiam a seruis deseritur. Cum in latebris ageret, non minori scelere, q; filium occidi iusserat, a filio interficitur.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βου λεύσαντι κακίστη.

Exemplũ parricidij, Prusias à filio necatus.

LIBER XXXV.

DEmetrius occupato Syriæ regno nouitatis suæ odium periculosum ratus, ampliare fines regni statuit, etiam opes augere finitimorum bellis. Itaq; Ariarathi regi Cappadociæ, ppter fastiditas ororis nuptias infestus, fratrem eius Holofernem per iniuriam regno pulsum supplicem recepit. Datumq; sibi honestum belli titulum gratulatus, eum restituere in regnum statuit. Sed Holofernes ingrato animo, inita cum Antiochensibus pactione, offensis tunc a Demetrio, pellere ipsum regno, a quo restitueba tur, consilium accepit. Quo cognito, Demetrius quidem uitæ eius, ne Ariarathes metu fraterni bel li liberaretur, pepercit. Ipsum autem compræhen sum uinctum Seleuciæ custodiri iubet. Nec Antio chenses indicio territi a defectione destiterunt. Itaq; adiuuantibus & Ptolemæo rege Aegypti, & Atta lo rege Asiæ, & Ariarathe rege Cappadociæ, bel lo a Demetrio lacessitis subornãt Prompalum quen

Ariarathes Cappadociæ rex.

Exemplũ ingratitudinis Holofernes.

Prompalus in fine sortis homo regnũ Syriæ occupat.

dam sortis extremę iuuenem, qui Syriæ uelut paternum regnum armis repeteret, & ne quid contumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inditur, genitusq; ab Antiocho rege dicitur. Tantum odium Demetrii apud omnes erat, ut æmulo eius, non uires regiæ tantum, uerum etiam generis nobilitas consensu omnium tribueretur. Igitur Alexander admirabili uarietate rerum, pristinarum sordium oblitus, totius ferme orientis uiribus succinctus, bellũ Demetrio infert, uictumq; uita pariter ac regno spoliat, quanquã Demetrio nec animus in propulsando bello defuit. Nam & primo prælio hostem fugauit, & regibus bellum restituentibus, multa millia cæcidit in acie. Ad postremum tamen inuicto animo inter confertissimos hostes fortissime dimicans cecidit. Initio belli, Demetrius duos filios apud hospitem suum Gnidium, cum magno auri pondere demandauerat, ut & a belli periculis eximerentur, & si ita fors tulisset, ultioni paternæ seruarẽtur. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus, audita Alexãdri luxuria, quem insperatę opes, & alienæ fœlicitatis ornamenta, uelut captiuum inter scortorum greges desidem, in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus, securum, ac nihil hostile metuentem adgreditur. Antiochenses quoq; ueterem patris offensam, nouis meritis correcturi, se ei tradunt, sed & milites paterni, fauore iuuenis accensi, prioris sacramenti religionem, noui regis superbiæ præferentes, signa

Epiphonema

Demetrius Soter uincitur & interficitur.

Gnidius.

Alexander Prompalus et uita et regno, qd' facile quę fierat, facile spoliatur.

ad De

ad Demetrium transferunt, atq; ita Alexander non minori impetu fortunæ defertus, quam elatus, primo prælio uictus interficitur, deditq; pœnas, & Demetrio, quem occiderat, & Antiocho cuius mentitus originem fuerat.

LIBER XXXVI.

REcuperato paterno regno Demetrius, & ipse rerum successu, corruptus uitiis adulescentiæ, in segnitiem labitur, tantumq; contemptum apud omnes inertiæ, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. Itaq; cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitiæ maculam, bellum Parthis inferre statuit. Cuius aduentum non inuiti orientis populi uidere, & propter Arsacidæ regis Parthorum crudelitatem, & quod ueteri Macedouum imperio noui populi adsueti, superbiam indigne ferebant. Itaque cum & Persarum, & Elimeorum, Bactrianorumq; auxiliis iuuaretur, multis præliis Parthos fudit. Ad postremum tamen pacis simulatione deceptus, capitur, traductusq; per ora ciuitatum, populis qui desciuerant, in ludibrium fauoris ostenditur. Missus deinde in Hircaniam benigne & iuxta cultum pristinæ fortunæ habetur. Dum hæc agũtur, interim in Syria Trifo, qui se tutorem Antiocho Demetrii priuigno substitui a populo laborauerat, occiso pupillo regnũ Syriæ inuadit. Quo diu potitus tandem exolescente fauore recentis imperii, ab Antiocho puero admodum

Demetrius Demetrij filius Syriæ rex, Parthis bellũ infert.

Arsacides Parthorum rex.

Demetrius uincitur et captur.

Trifo, quem alij Diodotũ appellare uidentur. Vide Sabellicũ & Iosephũ.

Demetrii fratre, qui in Asia educabatur bello tuinci-
tur, rursusq; regnum Syriæ ad sobolem Demetrii
reuertitur. Igitur Antiochus memor, quod etiam
pater propter superbiam inuisus, & frater propter
segnitiem contemptus fuisset, ne in eadē uitia incide
ret, accepta in matrimoniū Cleopatra uxore fratris,
ciuitates quæ initio fraterni imperii defecerant, sum
ma industria persequitur, domitasq; rursus regni ter
minis adiecit. Iudæos quoq; q in Macedonico impe
rio sub Demetrio patre armis se in libertatem uendi
cauerant, subigit. Quorum uires tantæ fuere, ut
post hunc nullum Macedonum regem tulerint, do
mesticisq; imperiis usi, Syriam magnis bellis infesta
uerint. Fuit nanq; Iudæis origo Damascena, quæ
Syrię nobilissima ciuitas est, unde et a Syriis regibus
genus ex regina Semiramide fuit, nomen urbi a Da
masco rege inditū, in cuius honore Syrii sepulchrū
Arathis uxoris eius pro templo coluere, deamq; ex
inde sanctissimæ religionis habēt. Post Damascum
Abraham, Moses, Israhel reges fuere. Sed Israhelē
fœlix decem filiorum prouentus maioribus suis cla
riorem fecit, Itaq; populum in decem regna diui-
sum filiis tradidit, omnesq; ex nomine Iudæ, qui
post diuisionem decesserat, Iudæos appellauit, co
licq; eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio
omnibus accesserat, minimusq; inter fratres, ætate
Ioseph fuit, cuius excellens ingenium ueriti fratres,
clam interceptum, peregrinis mercatoribus uendi
derunt,

Antiochus Sedetes Syriæ rex.

Iudæorum uirtus.

IVDAEORVM *origo cuius ueritatem ex sacris literis non hinc petit.*

Damascus. Abraam. Moses. Israel.

Iudæi à Iudæ dicti.

Ioseph.

derunt, a quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes ſolerti ingenio percepiſſet, breui ipſi regi percarus fuit. Nam & prodigiorum ſagaciſſimus erat, & ſomniorum primus intelligentiam condidit, nihilq; diuini iuris, humanicq; ei incognitum uidebatur. Adeo ut etiam ſterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit, periiſſetq; omnis Aegyptus fame, niſi monitu eius rex edicto ſeruari per multos annos fruges iuſſiſſet. Tantaq; experimenta eius fuerunt, ut non ab homine, ſed a Deo reſponſa dari uiderentur. Filius eius Moſes fuit, quem etiam præter paternæ ſcientię hæreditatem, formę pulchritudo commendabat. Sed cum ſcabiem Aegyptii, et priginem paterentur, reſponſo moniti, eum cum ægris, ne peſtis ad plures ſerperet, terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus ſacra Aegyptiorum furto abſtulit, quæ repetentes armis Aegyptii, domũ redire tempeſtatibus compulſi ſunt. Itaq; Moſes Damaſcena patria antiqua repetita, montem Syneum occupat, in quo ſeptem dierũ ieiunio, per deſerta Arabiæ cum populo ſuo fatigatus, cum tandem ueniſſet, ſeptimum diem more gentis ſabbathum adpellatum, in omne æuum ieiunio ſacrauit, quoniam ille dies famem illis erroremq; finierat. Et quoniam metu contagionis, pulſos ſe ab Aegypto meminerant, ne eadem cauſſa inuiſi apud incolas forent, cauerunt, ne cum peregrinis communi carent, quod ex cauſſa factum paulatim in diſciplinã

Ioſephilaus.

Moſes.

ἔξοδος.

Synai mons.

Sabbathi inſtitutio.

religionẽq; conuertit. Post Mosem, etiã eius filius Aruas sacerdos sacris Aegyptiis, mox rex creatur, semperq; exinde hic mos apud Iudæos fuit, ut eosdẽ & reges, & sacerdotes haberent. Quorũ iustitia religione permixta, incredibile quantũ coaluere. Opes genti ex uectigalibus opobalsami creuere, quod in his tantũ regionibus gignitur. Est nanq; uallis, quæ continuis montibus, uelut muro quodã cincta, ad instar hortorũ clauditur. Spaciũ loci ducenta millia iugera nomine Iericho dicitur. In ea ualle sylua est, & ubertate & amœnitate insignis. Siquidẽ palmeto, & opobalsamo distinguitur. Arbores opobalsami formam similẽ piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, et in uinearũ morem excolũtur. Hæ certo tempore anni balsamũ sudant. Sed nõ minor loci eius opacitatis, quã ubertatis admiratio est. Quippe cũ toto orbe regionis eius ardẽtissimus sol sit, ibi tepida aeris naturalis quædã ac perpetua opacitas inest. In ea regione lacus est, qui propter magnitudinẽ & aquæ immobilitatẽ mortuũ mare dicitur. Nã neq; uentis mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur. Neq; nauigationis patiens est, quoniã omnia uita carentia in profundũ merguntur, nec materiã ullã sustinet, nisi quę alumine illutatur. Primus Xerxes rex Persarũ Iudæos domuit. Postea cũ ipsis Persis in ditionẽ Alexandri magni uenere, diuq; in potestatẽ Macedonici imperii fuere. A Demetrio cum desciuissent, amicitia

Iudæorũ successus ac opes

Iericho.

Opobalsami descriptio.

Balsamum.

Mare mortuũ

Xerxes.

citia Romanorũ petita, primi ommiũ ex oriẽtalibus libertatẽ receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus. Per eadẽ tempora, quibus in Syria regni mutatio inter nouos reges alternabatur, in Asia rex Attalus florentissimũ, & ab Eumene patruo acceptum regnũ cædibus amicorũ & cognatorũ suppliciis fœdabat, nunc matrem anum, nunc Beronicẽ sponsam maleficiis eorum necatas confingens. Post hanc scelestã uiolentiæ rabiẽ, squallidã uestẽ sumit, barbã, capillũq; in modũ reorũ summittit, non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi lætiora conuiuia inire, aut aliquod signũ sani hominis habere, prorsus ut pœnas pendere manibus interfectorũ uideretur. Omissa deinde regni administratione hortos fodiebat, gramina seminabat, & noxia innoxiis permiscebat, eaque omnia ueneni succo infecta, uelut peculiare munus amicis mittebat. Ab hoc studio, ærariæ artis fabricæ se tradidit, cæterisq; fingendis, & ære fundendo, procudendoq; oblectatur. Matri deinde sepulchrum facere instituit, cui operi intentus, morbum ex solis ardore contraxit, & septima die decessit. Huius testamento hęres populus Romanus tunc instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus non iusto matrimonio, sed ex pellice Ephesia Citharistæ cuiusdam filia genitus, qui post mortem Attali, uelut paternum regnum inuasit Asiam. Cum multa secunda prælia aduersus ciuitates, quæ metu Romanorum se tradere

De Attalo Pergami rege.

Exemplũ uarij & inconstantis ingenij.

Attali mors.

ei nolebant, feciſſet, iuſtuſq; rex iã uideretur, Aſia Licinio Craſſo conſuli decernitur, qui intentior Attalicæ prædæ q; bello, cum extremo anni tempore inordinata acie prælium cõſeruiſſet, uictus pœnas inconſultæ auaritiæ ſanguine dedit. In huius locum miſſus Perpenna conſul, prima congreſſione Ariſtonicum ſuperatum, in poteſtatem ſuam redegit, Attalicaſq; gazas hereditarias, populi Romani nauibus impoſitas, Romam deportauit. Quod ægre ferens ſucceſſor eius Marcus Aquilius conſul, ad eripiendum Ariſtonicum Perpennæ, ueluti ſui potius triumphi munus eſſe deberet, feſtinata uelocitate cõtendit. Sed contentionem conſulum, mors Perpennæ diremit. Sic Aſia facta Romanorũ cum opibus ſuis, uitia quoq; Romam tranſmiſit.

P. Licinius Craſſus pontifex maxius uincitur & occiditur ab Ariſtonico.

M. Perpenna Ariſtonicum uincit et captũ Romã mittit ubi in carcere patrũ iuſſu eſt necatus.

LIBER XXXVII.

Maſſilienſiũ apud Rom. gratia.

CApto Ariſtonico Maſſilienſes pro Phocenſibus conditoribus ſuis, quorum urbem ſenatus, & omne nomen, quod tunc, & antea Antiochi bello infeſta contra populum Romanum arma tulerant, deleri iuſſerat, legatos Romam miſere deprecantes, ueniamq; iis a ſenatu obtinuere. Poſt hæc regibus qui aduerſus Ariſtonicum auxilia tulerant, præmia perſoluta. Mithridati Pontico Syria minor, filiis Ariarathis regis Cappadociæ, qui eodem bello ceciderat Lycaonia, & Cilicia datæ, fideliorq; populus Romanus in ſocii filios, quã mater in liberos fuit.

Quippe

Quippe hinc paruulo auctum regnum, inde uita adempta. Namq; Laodice ex numero sex filiorum, quos uirilis sexus ex Ariarathe rege susceperat, timens ne diutina regni administratione adultis quibusdam potiretur, quinq; parricidiali ueneno necauit, unum paruulum, sceleri matris cognatorũ custodia eripuit, qui post necem Laodices (nam propter crudelitatem eam populus extinxerat) solus regno potitus est. Mithridates quoq; repentina morte interceptus filiũ, qui & ipse Mithridates dictus est, reliquit, cuius ea postea magnitudo fuit, ut non sui tantum temporis, uerũ etiam superioris ætatis oẽs reges maiestate superauerit, bellaq; cũ Romanis per. xlvi. annos uaria uictoria gesserit. Quem summi imperatores Sylla, Lucullus, cæteriq;, in summa Cneus Pompeius ita uicerũt, ut maior clariorq; resurgeret in restaurando prælio, damnisq; suis terribilior redderetur. Deniq; ad postremum nõ ui hostili uictus, sed uoluntaria morte in auito regno senex hærede filio decessit. Huius futuram magnitudinẽ etiã cœlestia ostenta prædixerant. Nam & quo genitus est anno, & eo quo regnare primum cœpit, stella comes per utrunq; tempus .lxx. diebus ita luxit, ut cœlũ omne conflagrare uideretur. Nam & magnitudine sui quartam partem cœli occupauerat, & fulgore sui solis nitorem uicerat, & cum oriretur, occumberetq;, quatuor spaciũ horarum consumebat. Puer tutorum insidias passus est, qui eũ fero equo impo

Exemplũ impietatis maternæ erga filios Laodices.

MITHRIDATES *Ponti rex cũ Romanis gesßit bella per annos* XLVI.

Prodigia in Mithridatis ortu.

Cometes ingens.

Mithridatis in puericia pericula & studia.

sitũ equitari iaculariq; cogebant, qui conatus cũ eos fefelliſſet, ſupra ętatẽ regente equũ Mithridate, uene no eum appetiuere. Quod metuens antidota ſæpius bibit, & ita ſe aduerſus inſidias exquiſitioribus reme diis ſtagnauit, ut ne uolens quidem ſenex ueneno mori potuerit. Timens deinde, ne inimici quod ue neno non potuerant, ferro peragerent, uenandi ſtu dium finxit. Quapropter quatuor annos, neq; urbis, neq; ruris tecto uſus eſt, ſed per ſyluas uagatus eſt, & diuerſis montiũ regionibus pernoctabat, ignaris omnibus quibus eſſet locis, aſſuetus feras curſu, aut fugere, aut perſequi, cum quibuſdã etiã uiribus con gredi. Quibus rebus & inſidias uitauit, & corpus ad omnem uirtutis patientiã durauit. Ad regni deinde

Mithridatis uenationes.

Regni administratio.

adminiſtrationem cum acceſſiſſet, ſtatim non de re gendo, ſed de augẽdo regno cogitauit. Itaq; Scythas inuictos antea, qui Zopyrona Alexandri Magni du cem, cum triginta millibus armatorũ deleuerant, qui Cyrum Perſarum regẽ, cũ ducentis millibus armato rum trucidauerant, qui Philippum Macedonũ regẽ fugauerãt, ingenti fœlicitate perdomuit. Auctus igi tur uiribus Pontũ quoq;, ac deinceps Cappadociã oc cupauit. Aſiã cũ quibuſdã amicis, tacitus a regno pro fectus, nemine ſciente peruagatus eſt, oĩmq; urbium ſitus ac regiones cognouit. Inde Bithyniã tranſcẽdit, & quaſi iam dominus Aſiæ, opportuna quęq; uicto rię ſuæ meditatus eſt. Poſt hęc, in regnũ cũ iam periiſ ſe crederetur, reuerſus eſt, inuẽto paruulo filio, quẽ

Bella Mithridatis.

Scythæ uincuntur à Mithridate.

Mithridatis ſolertia.

per ab

per abſentiam eius Laodice ſoror, uxorq; enixa fuerat. Sed inter gratulationē, poſt longā peregrinatiōnē aduentus ſui, & filii geniti, ueneno periclitatus eſt. Siquidem Laodice ſoror cū periiſſe eum crederet in concubitus amicorū proiecta, quaſi admiſſum facinus maiore ſcelere tegere poſſet, uenenū aduenienti parauit. Quod cum ex ancilla Mithridates cognouiſſet, facinus in authores uindicauit. Hyeme deinde imminente, non in conuiuio, ſed in campo, non in uacationibus, ſed in exercitationibus, nec inter ſodales, ſed inter æquales, aut equo, aut curſu, aut uiribus cōtendebat. Exercitum quoq; ſuum ad parem laboris patientiam, quotidiana exercitatione durabat, atq; ita inuictus ipſe, inexpugnabilem exercitū fecerat. Inita deinde cum Nicomede ſocietate Paphlagoniam inuadit, uictamq; cum ſocio diuidit, quam cum teneri a regibus ſenatui nunciatum eſſet, legatos ad utrunq; miſit, qui gentem reſtitui in priſtinum ſtatum iuberent. Mithridates, cum ſe parem iam magnitudini Ro. crederet, ſuperbo reſponſo hereditariū patri ſuo regnū obueniſſe reſpondit, miraricq; ſe quæ ei controuerſia relata non fuerit, ſibi referāt. Nec territus minis Galatiā quoq; occupat. Nicomedes, quoniam ſe tueri iure non poterat, iuſto regi redditurū reſpondit. Atq; ita filiū ſuum, mutato nomine, Philomenē Paphlagonū regū noīe appellat, & quaſi ſtirpi regiæ reddidiſſet regnū, falſo nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati, Romam reuertunt.

Laodices ſceleus.

Malum conſilium conſulto ri peſſimum.

Studia & exercitia Mithridatis.

Mithridatici belli cauſſa et origo.

Nicomedis fraus.

Mithridatis scelera et parricidia.

MIthridates parricidia a nece uxoris auſpicatus, ſororis alterius Laodices filios, cuius uirum Ariarathem regem Cappadociæ per Gordium inſidiis occiderat, tollendos ſtatuit, nihil actum morte patris exiſtimans, ſi adulescentes paternum regnū, cuius ille cupiditate flagrabat, occupaſſent. Igitur

Nicomedes Cappadociā inuadit.

dum in his occupationibus uerſatur, interim Nicomedes rex Bithyniæ uacuam morte regis Cappadociam inuadit. Quod cum nunciatum Mithridati fuiſſet, per ſimulationem pietatis auxilia ſorori, adpellendum Cappadocia Nicomedem, mittit. Sed iam Laodice per pactionem ſe Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod ægre ferens Mithridates præſidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnūq; ſororis filio reſtituit, egregium prorſus factum, niſi

Mithridatis fraus.

ſubſecuta fraus eſſet. Siquidem interiectis diebus, ſimulat ſe Gordiū, quo miniſtro uſus in Ariarathe interficiendo fuerat, reſtituere in patriam uelle, ſperans ſi obſiſteret adulescens, cauſſas belli futuras, aut ſi permitteret, per eundem filium tolli poſſe per quem interfecerat patrem. Quod ubi Ariarathes iunior moliri cognouit, indigne ferens interfectorem patris per auunculum potiſſime ab exilio reuocari, ingentem exercitum contrahit. Igitur cum in aciem eduxiſſet Mithridates peditum octoginta millia, equitū .x. millia, currus falcatos .dc. nec Ariarathi, auxiliantibus finitimis regibus, minores copię eſſent,

incertum bellũ timens, consilia ad insidias transfert, sollicitatoq; iuuene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori, ab Ariarathe regio more misso, curiosius imum uentrem pertrectanti ait caueret, ne aliud telum inueniret, q̃ quę reret, atq; ita risu protectis insidiis, seuocatũ ab amicis uelut in secretum sermonẽ, spectante utroq; exercitu interficit, regnũ Cappadociæ .viii annorũ filio, imposito Ariarathis nomine, additoque ei rectore Gordio tradit. Sed Cappadoces crudelitate, ac libidine prę fatorũ uexati, a Mithridate deficiunt, fratrẽq; regis & ipsum Ariarathẽ nomine, ab Asia ubi educabatur reuocant, cũ quo Mithridates prælio renouat, uictũq; Cappadociæ regno expellit. Nec multo post ex ægritudine adulescens collecta infirmitate decedit. Post huius mortem Nicodemes timens, ne Mithridates accessione Cappadociæ etiam Bithyniam finitimam inuaderet, subornat puerum eximiæ pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset, qui a senatu Romano paternum regnum peteret. Vxorem quoq; Laodicem Romam mittit ad testimonium triũ ex Ariarathe susceptorũ filiorũ. Quod ubi Mithridates cognouit, & ipse pari impudentia Gordiũ Romam mittit, qui senatui assereret puerũ, cui Cappadociæ regnũ tradiderat, ex eo Ariarathe genitũ, qui bello Aristonici, auxilia Romanis ferens cecidisset. Sed senatus studia regum intelligẽs, aliena regna falsis nominibus dare noluit,

Mithridates per dolũ Ariarathen obtruncat.

Contentio Regum de Cappadociæ regno.

& Mithridati Cappadociam, & Nicomedi ad ſolatium eius Paphlagoniã ademit. Ac ne cõtumelia regum foret ademptũ illis quod aliis daretur, uterq; populus libertate donatus eſt. Sed Cappadoces munus libertatis abnuentes, negant uiuere gentem ſine rege poſſe. Atq; ita rex illis a ſenatu Ariobarzanes cõſtituitur. Erat eo tempore Tigranes rex Armenię obſes a Parthis ante nõ multum tempus datus, olim ab iiſdem in regnum paternum remiſſus. Hunc Mithridates ad ſocietatem Romani belli quod olim meditabatur, pellicere cupiebat. Nihil igitur de offenſa Romanorum ſentientem per Gordium impellit, ut Ariobarzani ſegni admodum bellum inferat, & ne quis dolus ſubeſſe uideretur, filiam ſuam Cleopatram ei in matrimonium tradidit. Primo ergo aduentu Tigranis, Ariobarzanes ſublatis rebus ſuis Romam contendit. Atq; ita per Tigranem rurſus Cappadocia iuris eſſe Mithridatis cœpit. Eodem tempore mortuo Nicomede etiã filius eius, & ipſe Nicomedes regno a Mithridate pellitur, qui cũ ſupplex Romam ueniſſet, decernitur in ſenatu, ut uterq; in regnum ſuum reſtituatur, in quod tamen miſſi Aquilius Malius, & Malthinus legati. His cognitis Mithridates ſocietatem cum Tigrane, bellũ aduerſus Romanos geſturus iungit, pactiq; inter ſe ſunt, ut urbes, agriq; Mithridati, homines uero, & quæcunq; auferre poſſent Tigrani cederẽt. Poſt hæc Mithridates intelligens quantum bellum ſuſci-

Ariobarzanes Cappadociæ rex.

Tigranes Armeniæ rex.

Cleopatra.

Ariobarzanes Romam aufugit.

Alij, Aquilius & M. Attilius.

tarct,

taret, legatos ad Cymbros, alios ad Gallogræcos, & Sarmatas Bastarnasq; auxilium petitum mittit. Nam omnes has gentes cum Romanum meditaretur bellum, uariis beneficiorum muneribus iam ante illexerat. A Scythia quoq; exercitum uenire iubet, omnemq; orientem aduersus Romanos armat. Nō igitur magno labore Aquilium, & Malthinum Asiano exercitu instructos uicit, quibus simul cum Nicomede pulsis, ingenti fauore ciuitatum excipitur. Multum ibi auri argentiq;, studio ueterū regū, magnumq; belli apparatum inuenit, quibus instructus debita ciuitatibus publica, & priuata remittit, & uacationem quinquennio concedit. Tunc ad contionem milites uocat, eosq; uariis exhortationibus ad Romana bella, siue Asiana incitat. Quam orationē dignam duxi, cuius exemplum breuitati huius operis insererem, quam obliquam Pompeius Trogus exposuit, quoniam in Liuio, & Salustio reprehendit, quod contiones directas, pro sua oratione operi suo inserendo, historiæ modum excesserint. Optandum sibi fuisse, ait, ut de eo liceret consulere, bellum ne sit cū Romanis, an pax habēda, quin uero sit resistendū impugnantibus, nec eos quidem dubitare qui spe uictorię careant. Quippe aduersus latrones si nequeant pro salute, pro ultione tñ sua oēs ferrū stringere. Cęterū quia nō id agit an liceat quiescere, nō tm̄ animo hostiliter sed etiā prælio cōgressis cōsulere, qua ratione, ac spe

Mithridatis apparatus in Ro. bellum.

Mithridatis prima uictoria de Romanis.

Quid Trogus in Liuio & Salustio reprehenderit.

Oratio Mithridatis ad milites generis deliberatiui.

Propositio.

A necessario.

A facili.

cœpta bella ſuſtineant, eſſe tamen ſibi uictoriæ fidu
tiam, ſi ſit illis animus. Romanoſq; uinci poſſe co
gnitum nõ ſibi magis q̃ ipſis militibus, qui in Bithy
nia Aquiliũ, & Malthiniũ in Cappadocia fuderint.
Ab exemplis At ſi quidem aliena magis exempla q̃ ſua experimẽ
ta moueant, audire ſe a Pyrrho rege Epiri, non am
plius quã quinq; millibus Macedonum inſtructo fu
ſos tribus præliis Romanos. Audire Annibalẽ. xvi.
annos Italiæ uictorem immoratum, & quin ipſam
caperet urbem, non Romanorum illi uires obſtitiſſe,
ſed domeſticæ æmulationis, atq; inuidiæ ſtudium.
Exemplorũ congeries. Audire populos tranſalpinæ Galliæ Italiã ingreſſos,
maximis eam plurimiſq; urbibus poſſidere, & lati
us aliquanto ſolum finium quã in Aſia, quæ dica
tur imbellis, eoſdem Gallos occupaſſe, nec uictam
ſolum dici Romam a Gallis, ſed etiam captam, ita ut
unius illis montis tantũ cacumẽ relinqueretur, nec
bello hoſtem, ſed precio remotum. Gallorum autẽ
nomen, quod ſemper Romanos terruit, in partem
uirium ſuarum ipſe habeat. Nam hos qui Aſiam in
colunt Gallos, ab illis qui Italiam occupauerant ſe
dibus tantum diſtare, originem quidem ac uirtutem,
genuſq; pugnæ idem habere, tantoq; his ſagatiora
eſſe ingenia q̃ illis, quanto longiori, ac difficilioni
ſpatio per Illyricum, Thraciamq; prodierunt, pe
ne operoſius tranſitis illorum finibus, q̃ ubi cõſede
re poſſeſſis. Iam ipſam Italiam audire ſe numq̃, ut
Roma condita ſit, ſatis illi pacatã, ſed aſſidue per om

nes

nes annos pro libertate alios, contra, quosdã etiam pro iure imperii, bellis continuis perseueraſſe, quot a multis ciuitatibus Italiæ deletos Romanorũ exercitus ferri? a quibusdã nouo contumeliæ more ſub iugum miſſos, ac ne ueteribus immoremur exemplis, hoc ipſo tempore uniuerſam Italiam bello Marſico conſurrexiſſe, non iam libertatem, ſed conſortium imperii, ciuitatiſq; poſcentem, nec grauius uicino Italiæ bello q̃ domeſticis principũ factionibus urbem premi, multoq; periculoſius acceſſiſſe Italico ciuile bellum, ſimul & a Germania Cimbros immenſam illam ferorum, atq; immitium populorum, more procellæ, inundaſſe Italiam. Quorum tametſi ſingula bella ſuſtinere Romani poſſent, uniuerſis tamen obruantur, ut ne uacaturos quidem bello ſuo putent. Vtendum igitur occaſione, & rapienda incrementa uirium, ne, ſi illis occupatis quieuerint, mox aduerſus uacuos, & quietos maius negotium habeant. Non enim quęritur an capienda ſint arma, ſed utrum ſua potius occaſione, an illorum. Nam bellum equidem iam tunc ſecum ab illis geri cœptũ, cum ſibi pupillo maiorẽ Phrygiam ademerint, quã patri ſuo pręmium dati aduerſum Ariſtonicum auxilii conceſſerant, gentẽq; quã & proauo ſuo Mithridati Seleucus Callimachus in dotẽ dediſſet. Quid cum Paphlagonia ſe decedere iuſſerunt, non alterũ illud genus belli fuiſſe? quæ non ui, non armis, ſed adoptione teſtamenti & regum domeſticorum inte

Ab oppor-tuno.

Epilogus huius argumẽti.

Ab honeſto.

fitu hereditaria patri suo obueniſſet, cum inter hanc decretorũ amaritudinẽ parendo, non tamen eos mitigarent, quin acerbius se indies gerant non obtinuisse. Quod enim a se non prębitũ illis obsequiũ? nõ Phrygiã Paphlagoniamq; dimissas, non Cappadocia filiũ eductũ, quã iure gentiũ uictor occupauerat. Raptã tamẽ sibi esse uictoriã eius ab illis, quorũ nihil est, nisi bello quæsitũ. Non regẽ Bithyniæ Crestonem, in quẽ senatus arma decreuerat, a se in gratiã illorũ occisum, tamẽ nihilominus imputari sibi, si qua Gordius, aut Tigranes faciat. Libertatẽ etiã in cõtumeliã sui a senatu ultro delatã Cappadociæ, quã reliquis gentibus abstulerunt, deinde populos Cappadocũ pro libertate oblata Gordiũ regẽ orantem, ideo tanquã amicus suus esset non obtinuisse. Nicomedẽ præcepto illorũ bellũ sibi intuliſſe, quia inultus ierit Mithridates, ab ipsis uentũ obuiã, & nunc eam secũ bellandi causſam illis fore, quod non impune se Nicomedi lacerandum Saltatricis filio prębuerit. Quippe non delicta regum illos, sed uires ac maiestatem insequi, necq; in se uno, sed in aliis quoq; omnibus, hac semper arte grassatos. Sic & auum suũ Pharnacẽ per cognationũ arbitria succidaneũ regi Pergameno Eumeni datum. Sic rursus Eumenẽ, cuius classibus primũ in Asia fuere transuecti, cuius exercitu magis, quã suo & Magnum Antiochũ & Gallos in Asia, & mox in Macedonia regẽ Persem domuerant, & ipsum pro hoste habitum, eicq; inter dictũ

Contentio. Cõfert sua in Romanos merita, cũ illorũ in se iniurijs.

Vocat in inuidiã Romanos

dictum Italia, & quod cum ipso deforme sibi puta uerant, cum filio eius Aristonico bellum gessisse. Nullius apud eos maiora quã Masinissæ regis Numidarum haberi merita. Huic imputari uictum Annibalem, huic captum Syphacem, huic Carthaginẽ deletam, huic inter duos illos Africanos tertium seruatorem urbis referri, tamen cum huius nepote bellum modo in Africa gestum adeo inexpiabile, ut ne uictum quidem memoriæ patris donarent, quin carcerem, ac triumphi spectaculum experiretur. Hanc illos omnibus regibus legem odiorum dixisse, scilicet quia ipsi tales reges habuerint, quorum etiam nominibus erubescant, aut pastores Aboriginum, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corynthiorũ, aut seruos, uernasq; Thuscorum, aut quod honoratissimũ nomen fuit inter hos Superbos, atq; (ut ipsi ferunt) conditores suos lupæ uberibus alitos, sic omnẽ illum populũ luporũ animos habere inexplebiles sanguinis, atq; imperii diuitiarumq; auidos ac ieiunos. Se autem, seu nobilitate illis comparetur, clariorem illa colluuie conuenarum esse, qui paternos maiores suos a Cyro, Darioq; conditoribus Persici regni, maternos a Magno Alexandro, ac Nicanore Seleuco conditoribus imperii Macedonici referat, seu populis eorum conferat suos, earum se gentium esse, quæ non modo Romano imperio sint pares, sed Macedonico quoq; obstiterint. Nullã subiectarũ sibi gentiũ expertam peregrina imperia,

Collatio suæ & Romanorũ originis.

A suorum uirtute.

nullis unq̃ nisi domesticis regibus paruisse. Cappadociam uelint, an Paphlagoniam recensere, rursus Pontum, an Bithyniam, itemq; Armeniam maiorem, minoremq;, quarũ gẽtium nullã neq; Alexander ille qui totã pacauit Asiam, nec quisq̃ successorũ eius aut posterorũ attigisset. Scythiam, duos ante se reges non pacare, sed tantũ intrare ausos Dariũ, & Philippũ, ægre inde fugam sibi expedisse, unde ipse magnam partem aduersus Romanos uiriũ haberet, multoq; se timidius, ac diffidentius bella Pontica ingressum, cum ipse rudis, ac tyro esset. Scythiæ præter arma uirtutemq; animi, locorum quoq; solitudinibus uel frigoribus instructæ, per quæ denuntiaretur ingens militiæ labor, ac periculum. Inter quas difficultates ne spes quidem pręmii foret ex hoste uago, nec tantum pecuniæ, sed etiam sedis inopi, nunc se diuersam belli conditionem ingredi. Nam neque cœlo Asiæ esse temperantius aliud, nec solo fertilius, nec urbium multitudine amœnius, magnamq; temporis partem, non ut militiam, sed ut festum diem acturos, bello dubium facili magis, an uberi, si modo aut proximas regni Attalici opes; aut ueteres Lydiæ Ioniæque adierint, quas non expugnatum eant, sed possessum, tantumq; se expectet auida Asia, ut etiam uocibus uocet, adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum, exactio publicanorum, calumniæ litium. Sequantur se modo fortiter, & colligant, quid se duce possit

A sua persona.

A loco.

Ab utili seu præmijs.

Ἐπιφώνημα

Peroratio.

possit efficere tantus exercitus, quẽ sine cuiusquam militum auxilio, suamet unius opera uiderint Cappadociam cæso rege cepisse, qui solus mortaliũ Pontum omnẽ Scythiamq; pacauit, quã nemo ante transire tuto, atq; adire potuerit. Nanq; iustitiæ atq; liberalitatis suæ, ne ipsos milites qui experiantur testes effugere, & illa indicia habere, quod solus regũ omniũ non paterna solum, uerũ etiã externa regna hæreditatibus, propter munificentiã adquisita, possideat, Colchos, Paphlagoniã, Bosphorum. Sic excitatis militibus post annos .xxiii. sumpti regni, in Romana bella descendit. Tunc in Aegypto mortuo rege Ptolemæo, ei, qui Cyreneis regnabat, Ptolemæo per legatos regnũ, & uxor Cleopatra regina soror ipsius defertur. Lætus igitur hoc solo Ptolemæus, quod sine certamine fraternũ regnũ recepisset, in quod subornare a matre Cleopatra, & fauore principũ fratris filiũ cognouerat. Cæterũ infestis omnibus, statim ubi Alexãdriã ingressus ẽ, fautores pueri trucidari iussit. Ipsum quoq; die nuptiarũ, quibus matrẽ eius in matrimoniũ recipiebat, inter adparatus epularũ, & solennia religionum in complexu matris interficit. Atq; ita torũ sororis, cæde filii eius cruentus ascendit. Post quod non mitior in populares, qui eum in regnũ uocauerant fuit. Siquidẽ peregrinis militibus licentia cædis data, omnia sanguine quotidie manabant, ipsamq; sororẽ, filia eius uirgine per uim stuprata, & in matrimonium ascita, re

BELLVM MITHRIDATIS IN ROMANOS.

Ptolemæus Phisco Cyrenarum rex, fratris Ptolemæi Philometoris regnum consequitur.

Exẽplũ crudelitatis & ĩpietatis Ptolemæus Phisco.

pudiat. Quibus rebus territus populus in diuersa labitur, patriamq; metu mortis exul relinquit. Solus igitur in tanta urbe cum suis relictus Ptolemæus, cum regem se non hominum, sed uacuarum ędium uideret, edicto peregrinos sollicitat, quibus confluentibus, obuius legatis Romanorum Scipioni Africano, & Spurio Mummio &. L. Metello, qui ad inspicienda sociornm regna ueniebant, procedit. Sed q̃ cruentus ciuibus omnibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim & uultu deformis, & statura breuis, & sagina uentris non homini, sed belluæ similis. Quã fœditatẽ nimia subtilitas, & perlucida uestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda prębẽrentur, quæ omni studio occultanda pudibundo uiro erant. Post discessum deinde legatorũ, quorũ Africanus, dum adspicit urbẽ, spectaculo Alexandrinis fuit. Ptolemæus iam etiam populo peregrino inuisus, cũ filio, quem ex sorore susceperat, & cũ uxore matris pellice, metu insidiarũ tacitus in exiliũ profiscitur, contractoq; mercenario exercitu, bellũ soro ri pariter ac patriæ infert. Accersitũ maximum dein de a Cyrenis filium, ne eum Alexandrini contra se regẽ crearent, interficit. Tunc populus statuas, & imagines eius detrahit. Quod factum studio sororis existimans, filiũ quẽ ex ea susceperat, interficit, corpusq; in membra diuisum, & in cista impositum, matri die natalis eius inter epulas adferri curat. Quæres non reginæ tantum, uerum etiam uniuersæ ciuitati

Rom. legati ad Ptolemæũ

Ptolemæi turpis corporis habitus.

Exemplũ impietatis in liberos.

Immanis Ptolemæi in liberos crudelitas.

tati acerba, & luctuosa fuit, tantumq; mœrorem festiuissimo conuiuio intulit, ut regia omnis repentino luctu incenderetur. Verso igitur studio principum ab epulis in exequias, membra lacerata populo ostendunt, & quid sperare de rege suo debeant, filii cæde demonstrant. Finito luctu orbitatis Cleopatra, cum urgeri se fraterno bello uideret, auxilium a Demetrio petit Syriæ rege per legatos eius, cuius ipsius uarii & memorabiles casus fuere. Nanque Demetrius (ut supra dictum est) cum bellum Parthis intulisset, & multis congressionibus uictor fuisset, repente circunuentus insidiis, amisso exercitu capitur. Cui Arsacides Parthorum rex magno, & regio animo misso in Hircaniam, non cultum tantum regium præstitit, sed & filiam in matrimonium dedit. Regnumq; Syriæ, quod per absentiam eius Trypho occupauerat, restituturũ promittit. Post huius mortem desperato reditu, non ferens captiuitatem Demetrius, priuatam, & si opulentam, uitam pertęsus, tacitus in regnum, fugam meditatur. Hortator illi ac comes Calimander amicus erat, qui post captiuitatem eius a Syria per Arabię deserta, ducibus pecunia comparatis, Parthico habitu Babyloniã peruenerat. Sed fugientem Phraharten, qui Arsacidæ successerat, equitũ celeritate per compendiosos tramites occupatum retrahit. Vt est deductus ad regem, Calimandro quidem nõ tantũ uenia, uerũ etiã præmiũ fidei datũ. Demetriũ aũt &

Demetrij auria fortuna.

Digressio de Demetrij cũ Parthis bello

Exemplũ moderatæ uictoriæ.

Demetrius ex fuga bis retrahitur.

Phrahartes Parthorũ rex

grauiter caſtigatũ, ad coniugẽ in Hircaniã remittit, & arctioribus cuſtodibus obſeruari iubet. Interie
Exemplũ clemẽtiæ in barbaro homine
cto deinde tẽpore, cum fidẽ illi etiã ſuſcepti liberi facerent, eodẽ amico comite repetita fuga eſt, ſed pari infœlicitate prope fines regni ſui deprehenditur, ac denuo perductus ad regẽ, ut inuiſus a conſpectu ſummouetur. Tunc quoq; uxori, & liberis donatus, in Hyrcaniam pœnalem ciuitatem ſibi donatam remittitur, taliſq; aureis ad exprobrationem pueri
Phrahartis cõſilium.
lis leuitatis donatur. Sed hanc tam Parthorũ mitem in Demetriũ clementiam, non miſericordia gentis, nec reſpectu cognationis faciebat, ſed quod Syriæ regnum adfectabant, uſuri Demetrio aduerſus Antiochũ fratrẽ, prout res uel tempus, uel fortuna belli exegiſſet. His auditis Antiochus occupandum bel
Antiochi Sedetis in Parthos bellum.
lum ratus, exercitũ, quem multis finitimorũ bellis indurauerat, aduerſus Parthos ducit. Sed luxuriæ
Hãc lectionẽ magis hic ꝑbo. Octingẽta millia armatorũ. ccc. millia lixarũ.
nõ minor adparatus, q̃ militiæ fuit. Quippe. viii. millia armatorum ſecuta ſunt. xxx. millia lixarum. Ex quibus coquorum, piſtorũ, ſcenicorũq; maior numerus fuit, argenti certe, auriq; tantum, ut etiã gregarii milites caligas auro fingerent, proculca
Luxus in Antiochi exercitu.
rentq; materiam, cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoq; argentea inſtrumenta fuere, prorſus, quaſi ad epulas, non ad bella pergerent. Aduenienti Antiocho multi orientales reges occur
Antiochi ſucceſſus.
rere, tradentes ſe, regnaq; ſua cũ execratione ſuperbię Parthicæ. Nec mora cõgreſſioni fuit. Antiochus

tribus

tribus prælijs uictor Babyloniam cum occupasset, magnus haberi cœpit. Itaq; omnibus ad eum deficientibus populis, nihil Parthis relictum præter patrios fines fuit. Tunc Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præsidio mittit, ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda a Parthia reuocaretur. Interim, quoniam uiribus non poterat, insidiis Antiochum ubiq; tentabat. Propter multitudinem hominum, omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat, quæ res exitii causſa fuit. Nam cum grauari se copiarum præbitione, & iniuriis militum ciuitates uiderent, ad Parthos deficiunt, & die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidias, ne inuicem ferre auxilia possent, aggrediuntur. Quæ cum nunciata Antiocho essent, auxilium proximis latu rus, cū ea manu quæ secum hyemabat progreditur. In itinere obuium regem Parthorum habuit: Aduersus quem fortius, q̃ exercitus eius dimicauit. Ad postremum tamen cum uirtute hostes uincerent, metu suorū desertus occiditur. Cui Phrahartes exequias regio more fecit, filiamq; Demetrii, quam secū Antiochus adduxerat, captus amore uirginis, uxorem duxit, pœnitere deinde dimissi Demetrii cœpit. Ad quem retrahendum cum turmas equitum festinãter misisset, Demetrium hoc ipsum metuentem, iam in regno missi inuenerunt, frustraq; omnia conati ad regem suum reuersi sunt.

Antiochus sedetes uincitur & interficitur.

Demetrius rursus Syriæ rex.

ANtiocho in Parthia cum exercitu deleto, frater eius Demetrius obsidione Parthorum liberatus, ac restitutus in regnum, cum omnis Syria in luctu propter amissum exercitū esset, quasi Parthica ipsius, ac fratris bella, quibus, alter captus, alter occisus erat, prospere gessisset, ita Aegypto bellū inferre statuit, regnū Aegypti, Cleopatra socru precium auxilii aduersus fratrē suum pollicente. Sed dū aliena affectat, ut assolet fieri, propria per defectionē Syriæ amisit. Siquidē Antiochenses primi duce Triphone execrātes superbiā regis, quæ conuersatione Parthicæ crudelitatis intolerabilis facta erat, mox Apamenii, cæteræq; ciuitates exemplum secutæ, per absentiā regis a Demetrio defecere. Ptolemæus uero rex Aegypti, bello ab eodē petitus, cū cognouisset Cleopatram sororem suam, opibus Aegypti nauibus impositis, ad filiam & Demetriū generum in Syriam profugisse, immittit iuuenē quendam Aegyptiū Protarchi negociatoris filiū, qui regnū Syriæ armis peteret. Et cōposita fabula quasi per adoptionē Antiochi regis receptus in familiam regiā esset, nec Syriis quemlibet regem aspernantibus, ne Demetrii paterentur superbiā, nomē iuueni Alexander impo nitur, auxiliaq; ab Aegypto ingentia mittuntur. Interea corpus Antiochi interfecti a rege Parthorū, in loculo argenteo in sepulturam in Syriā remissum peruenit, quod cum ingenti studio ciuitatum, & regis

Noema.

Syriæ à Demetrio defectio.

Redit ad superiorem historiam de Ptolemæo Phiscone

Zebenna Protarchi filius, Alexāder appellatus Syriæ rex constituitur.

gis Alexandri ad firmandam fabulæ fidē excipitur. Quæ res illi magnum fauorem popularium concilia uit, omnibus non fictas in eo, sed ueras lachrymas existimantibus. Demetrius aūt uictus ab Alexādro, cum undiq; circunstantibus malis premeretur, ad po stremum etiā ab uxore filiisq; deseritur. Relictus igi tur cum paucis seruulis, cū Tyrum religione templi se defensurus petisset, naui egrediens prefecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus, quoniam sine matris auctoritate diadema sumpsisset, ab eadem in terficitur. Alter, cui propter nasi magnitudinē cog nomen Grypho fuit, rex a matre hactenus constitui tur, ut nomen regis penes filium, ius aūt omnis im perii penes matrem esset. Sed Alexander occupato Syriæ regno, tumēs ex successu rerum, spernere iam etiam ipsum Ptolemæum, a quo fuerat in regno or natus, superba insolentia cœpit. Itaq; Ptolemæus reconciliata ororis gratia destruere Alexandri reg num, quod odio Demetrii uiribus suis acquisierat, summis operibus instituit. Mittit ergo in Græciam Grypho auxilia, & filiam Gryphinam Grypho nu pturam, ut populos in auxilium nepotis, non so cietate tantum belli, uerum etiam affinitate sua solli citaret. Nec res frustra fuit. Nam cum omnes Gryphum instructum Aegyptiis uiribus uiderent, paulatim ab Alexandro deficere cœpere. Fit deinde inter eos prælium, quo uictus Alexander Antiochiā profugit. Ibi inops pecuniæ cum stipendia militibus

Demetrius interficitur.

Exemplū muliebris ambitionis. Gryphus.

Alexandri ingratitudo & insolentia.

Alexāder rex subornatus uincitur à Grypho.

deessent, in templo Iouis solidum ex auro uictoriæ signum tolli iubet, facetis iocis sacrilegium circunscribens. Nam uictoriam cõmodatam sibi a Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus cum ipsius Iouis aureum simulacrum infiniti ponderis, tacite euelli iussisset, depræhensusq; in sacrilegio concursu multitudinis in fugam esset uersus, magna ui tempestatis oppressus, ac desertus a suis, a latronibus capitur, perductusq; ad Gryphum interficitur. Gryphus porro recuperato patrio regno, externisq; periculis liberatus, insidiis matris appetitur, quæ cum cupiditate dominationis, prodito marito Demetrio & altero filio interfecto, huius quoq; uictoria inferiorem dignitatem suam factã doleret, uenienti ab exercitatione, uenenum poculum obtulit. Sed Gryphus prædictis ante iam insidiis, ueluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet, abnuenti instat. Postremum prælato indice eam arguit, solam defensionem sceleris superesse affirmans, si bibat quod filio obtulit. Sic uicta regina scelere in se uerso, ueneno quod alii parauerat, extinguitur. Parta igitur regni securitate, Gryphus octo annis quietem & ipse habuit, & regno suo præstitit. Natus deinde illi est æmulus regni, frater ipsius Cyricænus, eadem matre genitus, sed ex Antiocho patruo susceptus, quem cum ueneno tollere uoluisset, ut maturius cum eodem armis de regno contẽderet excitauit. Inter has regni Syriæ parricidiales discordias, moritur rex Aegypti Ptole

Alexandri sacrilegium & interitus.

Gryphus Syriæ rex.

Cleopatræ impietas in liberos & ambitio.

Mater ueneno quod filio parauerat extinguitur.

Cyricænus.

Ptolemæus, regno Aegypti uxori & alteri filio quẽ illa legisset relicto, uidelicet quasi quietior Aegypti status q̃ Syriæ regnum esset, cum mater altero ex filiis electo, alterum hostem esset habitura. Igitur cum promior in minorem filium esset, a populo compellitur maiorem eligere, cui prius q̃ regnum daret uxorem ademit, compulsumq; repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororẽ Seleucẽ ducere iubet, non materno inter filias iudicio, cum alteri maritum eriperet, alteri daret. Cleopatra uero non tam a uiro repudiata q̃ a matre diuortio uiri dimissa, Cyricẽno in Syria nubit, eicq; ne nudũ nomẽ uxoris afferret, exercitum Cypri sollicitatum, uelut dotalem ad maritũ deducit. Par igitur uiribus iam factus Cyricænus, prælium committit, ac uictus in fugam conuertitur. Antiochamq; uenit. Tunc Antiochiã Gryphus, in qua erat Cyricẽni uxor Cleopatra, obsidere cœpit, qua capta Gryphina uxor Gryphi nihil antiquius q̃ sororẽ Cleopatrã requiri iussit, non ut captiuæ opẽ ferret, sed ne effugere captiuitatis mala posset, quę sui æmulatione in hoc potissimũ regnum inuaserit, hostiq; sororis nubendo hostẽ se eius effecerit. Tum peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tũ repudiatam a fratre, & cõtra matris uoluntatem extra Aegyptum nuptã accusat. Contra Gryphus orare, ne tam fœdum facinus facere cogatur, a nullo unq̃ maiorũ suorum inter tot domestica, tot externa bella post uictum hostẽ in fœminas

Ptolemæi Phiſconis mors.

Cleopatra Cyricæno nubit.

Cyricænus à fratre Gryphone uincitur.

sæuitum, quas sexus ipse & periculis bellorum & se uitiæ uictorum eximat, in hac uero præter cõmune bellantium fas accedere necessitudinem sanguinis. Quippe ipsius, quæ tam cruente sæuiat sororẽ equidem germanã esse, suam uero consobrinã, liberorũ deinde cõmunium materterã. His tot necessitatibus sanguinis, adiicit superstitionẽ templi, quo abdita profugerit, tantoq; religiosius colendos Deos sibi, quo magis his propitiis ac fauentibus uicisset, tum neq; occisa illa se uiriũ quicq̃ Cyricæno dempturũ, nec seruaturũ reddita. Sed quanto Gryphus abnuit tanto soror muliebri pertinacia accenditur, rata non misere ricordię hæc uerba sed amoris esse. Itaq; uocatis ipsa militibus, mittit qui sororem confoderent, qui, ut in templũ intrauerũt, cũ euellere eam non possent, manus amplexantes deæ simulacrum præciderũt. Tũc Cleopatra execratione parricidarum mandata, uiolatis numinibus, in ultionem sui decedit. Nec multo post, repetita prælii congressione, uictor Cyricænus uxorem Gryphi Gryphinam, quæ paulo ante sororem interfecerat capit, eiusq; supplicio uxoris manibus parentauit. At in Aegypto Cleopatra cum gra uaretur socio regni filio Ptolemæo, populum in eũ incitat, abductaq; ei Seleuce uxore, eo indignius quod ex Seleuce iam duos filios habebat, exulare cogit, accersito minori filio Alexandro, & rege in locum fratris constituto, nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri exulantẽ persequitur. Vnde pulso

Muliebris crudelitatis erga sororẽ exemplum Gryphina.

Parricidia sororum inter se mutua.

Mirabilis Cleopatræ crudelitas ubiq; in suos.

pulso, interficit ducem exercitus sui, quod uiuum eum e manibus emisisset, quanq; Ptolemæus uere cundia materni belli non uiribus minor, ab insula recessisset. Igitur Alexander territus hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit, periculoso regno securam, ac tutam uitam anteponens. Cleopatra uero timens, ne maior filius Ptolemæus ab Cyricæno ad recuperandum Aegyptum auxiliis iuuaretur, ingẽtia Grypho auxilia, & Seleucem uxorem nupturam hosti prioris mariti mittit, Alexandrũq; filium per legatos in regnum reuocat. Cui cũ occultis insidiis exitium machinaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritumq; nõ fato sed parricidio dedit. Digna prorsus hac mortis infamia, quæ etiam matrẽ toro expulit, & duas filias uiduas, alterno fratrũ matrimonio fecit, & filio alteri in exilium acto bellũ intulit, alteri erepto regno, exitiũ per insidias machinata est. Sed nec Alexandro cædes tam nefanda inulta fuit. Nam ubi primũ compertum est, per scelus filii, matrem interfectam, concursu populi in exilium agitur, reuocatoq; Ptolemæo in regnum redditur, qui neq; cum matre bellum gerere uoluisset, nec a fratre armis repetere, quod prior possedisset. Dum hæc aguntur, frater eius ex pellice susceptus, cui pater Cyrenarum regnum testamento reliquerat, hærede populo Romano instituto decessit. Iam enim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna, non contenta Italiæ terminis, cœperat. Itaque & ea pars

Cleopatræ dignus pro tot sceleribus exitus.

Impietas & crudelitas mutuo punita.

Ptolemæus Lathirus in regnũ Syriæ restituitur.

Ptolemæus Appio Po. Ro. hæredẽ scripsit.

Piraticum bellum.

Lybiæ prouincia facta est, postea Creta, Ciliciaq; Piratico bello perdomitæ, in formam prouincię redi guntur. Quo facto & Syriæ, & Aegypti regna, cũ unitate Romana arctata, quæ incrementa de finiti mis bellis quærere solebant, adempto uagandi arbi trio, uires suas in perniciem suam cõuerterunt, adeo ut assiduis pręliis consumpti, in contemptũ finitimo rum uenerint, prædęq; Arabum genti, imbelli antea fuerint. Quorum rex Herotimus fiducia sexcento rum filiorum, quos ex pellicibus susceperat, diuisis exercitibus nunc Aegyptum, nunc Syriam infesta bat, magnumq; nomen Arabum uiribus finitimo rum exanguibus fecerat.

Herotimus Arabum rex, sexcentos fili os habuit.

LIBER XL.

MVtuis fratrum odiis, & mox filiorum inimici tiis parentum succedentibus, cum inexpiabili bello & reges, & regnum Syriæ consumptum esset, ad externa populus auxilia concurrit, peregrinosq; sibi reges circunspicere cœpit. Itaq; cum pars Mithri datem ponticum, pars Ptolemæum ab Aegypto ac cersendũ censeret, occurreretq; quod Mithridates implicitus bello Romano esset, Ptolemæus quoq; hostis Syriæ semper fuisset, omnes in Tigranẽ regẽ Armeniæ consenserunt, instructum præter dome sticas uires, Parthica societate & Mithridatis adfini tate. Igitur accitus in regnum Syriæ per .xviii. an nos trãquillissimo regno potitus est, necq; bello aliũ lacessere, necq; lacessitus inferre alii bellũ necesse ha buit.

Tigranes Ar meniæ & Sy riæ rex.

buit. Sed ſicut ab hoſtibus tũta Syria fuit, ita terrę motu uaſtata eſt, quo. clxx. hominũ millia, & multæ urbes perierunt. Quod prodigium mutationem rerum portendere aruſpices reſponderunt. Igitur Tygrane a Lucullo uicto, rex Syriæ Antiochus Cyricęni filius ab eodem Lucullo adpellatur. Sed quod Lucullus dederat, poſtea ademit Pompeius, qui poſcenti regnum, reſpondit, ne uolenti quidem Syrię nedum recuſanti daturum ſe regem, qui. xviii. annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ latuerit. Victo autem eodem Tigrane, a Romanis alieni operis præmia poſtulet. Igitur ut habenti regnum non ademerit, ita quo ceſſerit Tigrani non daturum quod tueri neſciat, ne rurſus Syriam Iudęorum, & Arabũ latrociniis infeſtam reddat. Atęb ita Syriam in prouinciæ formam redigit, paulatimque oriens Romanorum diſcordia conſanguineorum regum, factus eſt.

Ingens terræ motus.

Vix fuit ulla Rom. victoria hac Luculliclarior, de qua Plutar. in Lucullo.

Syria in Ro. prouinciãredacta.

LIBER XLI.

PArthi, penes quos, uelut diuiſione orbis cum Romanis facta, nunc orientis imperium eſt, Scytharum exules fuerunt, hoc etiam ipſorum uocabulo manifeſtatur. Nam Scythico ſermone Parthi exules dicuntur. Hi & Aſſyriorum, & Medorum temporibus, inter orientales populos obſcuriſſimi fuere. Poſtea quoęb cum imperium orientis a Medis ad Perſas translatum eſt, ueluti uulgus ſine nomine, præda uictorum fuere. Poſtremo Macedoni

Parthorum origo.

Parthi Scythico ſermõe exules dicti.

Parthorũ obscura et seruilis conditio.

bus, triumphato oriente, seruierunt, ut cuiuis mirum uideatur, ad tantam eos fœlicitatem per uirtutem prouectos ut imperent gentibus, sub quarũ imperio, ueluti seruile uulgus fuere. A Romanis quoq; trinis bellis per maximos duces, florẽtissimis temporibus lacessiti, soli ex omnibus gentibus, non solum pares, uerum etiam uictores fuere. Quanq; plus gloriæ sit, inter Assyria & Medica Persicaq; memorata olim regna, & opulentissimũ illud mille urbiũ Bactrianum imperium emergere potuisse, & longinqua bella uicisse, præterea cum grauibus Scythis, & uicinalibus bellis assiduis uexati, uariisq; periculorum certaminibus urgerentur, hi domesticis seditionibus Scythia pulsi, solitudines inter Hyrcaniam & Dacas, & Areos, & Spartanos, & Maianos furtim occupauere fines. Deinde non intercedentibus primo finitimis, postea etiam prohibentibus, intantum protulere, ut non immensa tantum iam ac profunda camporũ, uerũ etiã prærupta colliũ montiũq; ardua occupauerint. Ex quo fit ut Parthiæ pleraq; finiũ, aut æstus, aut frigoris magnitudo possideat, quippe cũ montes nix, & campus æstus infestet.

Parthorũ situs

Administratio gentis, post defectionem Macedonici imperii, sub regibus fuit, proximus maiestati regũ populorũ ordo est, ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace habentur. Sermo his inter Scythicũ, Medumq; medius & utriusq; mixtus, uestis olim sui moris. Postea cq; accessere opes, ut Medis perluci-

Parthorũ sermo, uestitus & mores.

da, ac

da, ac fluida. Armorum patrius ac Scythius mos. Exercitum non ut aliæ gentes liberorum, sed maiorem partem seruorum habent. Quorum uulgus, nulli manumittẽdi potestate permissa, ac per hoc omnibus, seruis nascentibus indies, crescit. Hos pari cura, ac liberos suos habent, & equitare & sagittare magna industria docent. Locupletissimus ut quisq; est, ita plures in bello equites regi suo præbet. Denique Antonio, bellum Parthis inferenti, cum. 1. millia equitum occurrerent soli. dccc. liberi fuere. Cominus in acie præliari nesciunt, obsessaq; expugnare urbes. Pugnant aut procurrentibus equis, aut terga dantibus, sæpe etiam fugam simulant, ut incautiores aduersus uulnera insequentes habeant. Signũ his in prælio non tuba, sed tympano datur, nec pugnare diu possunt. Cæterum intolerandi forent, si quantus his impetus est, uis tanta & perseuerantia esset. Plerunq; in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paulo post pugnã ex fuga repetunt, & cũ maxime uicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentũ ipsis, equiq; loricæ sunt plumatæ, quæ utrunq; toto corpore tegunt. Auri, argentiq; nullus nisi in armis usus. Vxores dulcedine uariæ libidinis singuli plures habent, nec ulla delicta adulteriis grauius uindicant. Quam ob rem fœminis non conuiuia tantum uirorum, uerum etiam conspectũ interdicunt. Carne nõ nisi uenatibus quæsita uescũtur. Equis omni tẽpore uectãtur, illis bella,

Parthorũ exercitus ex seruis constta.

Alij. ccccl.

Parthorũ pugnandi ratio.

Parthorum mores.

Adulteria fœmere Parthi puniunt.

» illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obeunt,
» super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc
» denicq; discrimen inter seruos liberosq; esse, quod
Partherum sepultura. serui pedibus, liberi non nisi equis incedunt. Sepultura uulgo aut auium aut canum laniatus est. Nuda
» demum ossa terra obruuntur. In superstitionibus ad curam Deorũ præcipua omnibus ueneratio est. In-
Partherum ingenia. genia genti tumida, seditiosa, fraudulẽta, procacia. Quippe uiolentiã uiris, mansuetudinẽ mulieribus assignãt. Semper aut in externos aut in domesticos mo
» tus inquieti, natura taciti, ad faciendũ q̃ ad dicendũ
» promptiores. Proinde secunda aduersaq; silentio te
» gunt. Principibus metu non pudore parent. In libi
» dinem proiecti, in cibũ parci, fides dictis promissisq; nulla, nisi quatenus expedit. Post mortẽ Alexandri Magni cum inter successores eius, oriẽtis regna diui derentur, nullo Macedonũ dignãte Parthorũ impe-
Partherum reges. riũ Satagenori externo socio traditur. Hi postea deductis Macedonibus in bellũ ciuile, cũ cæteris superioris Asię populis Eumenẽ secuti sunt, quo uicto
Partherum à regibus Macedonicis defectio. ad Antigonum transiere. Post hunc a Nicanore Seleuco, ac mox ab Antiocho & successoribus eius possessi, a cuius pronepote Seleuco primum defecere. Primo punico bello L. Manilio Pisone, Attilio Regulo cons. huius defectionis impunitatem illis, duorum fratrum regum Seleuci, & Antiochi discordia dedit, qui dum sibi inuicem eripere regnũ uolunt, persequi defectores omiserunt. Eodẽ tempore,

etiam

etiam Theodotus mille urbium Bactrianorum prę fectus defecit, regemqꝫ se adpellari iussit, quod exem plum secuti totius orientis populi, a Macedonibus defecere. Erat eo tẽpore Arsaces uir sicut incertę ori ginis, ita uirtutis expertæ. Hic solitus latrociniis, et rapto uiuere, accepta opinione Seleucũ a Gallis in Asia uictum, solutus regis metu, cum prædonũ ma nu Parthos ingressus, prefectum eorum Andrago ram oppressit, sublatoqꝫ eo, imperiũ gentis inuasit. Nõ magno deinde post tempore, Hyrcanorũ quoqꝫ regnum occupauit, atqꝫ ita duarum ciuitatum impe rio præditus, grandem exercitum parat metu Seleu ci, & Theodoti Bactrianorum regis. Sed cito mor te Theodoti metu liberatur, cum filio eius & ipso Theodoto fœdus ac pacem fecit, nec multo post cũ Seleuco rege, ad defectores persequẽdos ueniente, congressus uictor fuit, quem diem Parthi exinde so lennẽ, uelut initium libertatis obseruant. Reuocato deinde Seleuco, nouis motibus in Asiam dato laxa mento, regnum Parthicum format, militem legit, castella munit, ciuitates firmat, urbem quoqꝫ nomi ne Daram in monte Thaborreno condit. Cuius lo ci ea conditio est, ut neqꝫ munitius quicqꝫ esse, neqꝫ amœnius possit. Ita enim & pręruptis rupibus un diqꝫ cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus egeat, & soli circuniacentis tanta ubertas est, ut propriis opibus expleatur. Iam fontium ac syluarum ea copia est, ut & aquarum abundantia irrigetur, & uenatio

Theodotus mille urbium Bactrianorũ præfectus.

ARSACES Parthorũ imperium inuadit.

Arsaces Parthicũ regnũ format.

Vrbẽ Claram alij adpellant

τοπογραφία.

Arsaces Parthis is, qui Persis Cyrus

num uoluptatibus exornetur. Sic Arsaces quæsito simul, constitutoq; regno non minus memorabilis Parthis, quã Persicis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus matura senectute decedit. Cuius memoriæ hunc honorẽ Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupẽt. Huius filius & successor regni Arsaces & ipse nomine, aduersus Antiochum Seleuci filium. c. millibus peditum, &. xx. millibus equitum instructus mira uirtute pugnauit, ad postremum in societatem eius adsumptus est. Tertius Parthis rex Pampatius fuit, sed & ipse Arsaces dictus, nã (sicut supra dictũ est) omnes reges suos hoc nomine sicuti Romani Cæsares, Augustosq; cognominauerunt. Hic actis in regno. xii. annis decessit, relictis duobus filiis Mithridate, & Pharnace, quorũ maior Pharnaces more gentis, hęres regni, Mardos ualidam gentẽ bello domuit, nec multo post decessit, multis filiis relictis, quibus præteritis fratri potissimum Mithridati, insignis uirtutis uiro, reliquit imperiũ, plus regno, quã patrio deberi nomini ratus, potiusq; patriæ quã liberis consulendũ. Eodẽ ferme tẽpore sicut in Parthis Mithridates, ita in Bactris Eucratides magni uterq; uiri regna ineunt. Sed Parthorum fortuna fœlicior, ad summũ hoc duce imperii fastigiũ eos perduxit. Bactriani autem per uaria bella iactati, non regnũ tantũ, uerum etiam libertatẽ amiserũt. Siquidẽ Sogdianorũ, & Dranganitanorũ, Indorumq; bellis fatigati,

Pampatius Arsaces tertius.

Pharnaces Arsaces quartus.

Mithridates Arsaces quintus.

Pietas in patriam.

Euticratides Bactrianorũ rex.

gati, ad postremũ ab inualidioribus Parthis uelut ex angues oppressi sunt. Multa tamen Eucratides bella magna uirtute gessit, quibus attritus cũ obsidionem Demetrii regis Indorũ pateretur cũ. ccc. millibus lx. millia hostium assiduis eruptionibus uicit. Quinto itaq; mense liberatus, Indiam in potestatem redegit. Vnde cum se reciperet a filio, quem sociũ regni fecerat, in itinere interficitur, qui non dissimulato parricidio, uelut hostẽ, nõ patrẽ interfecisset, & per sanguinem eius currum egit, & corpus abiici insepultũ iussit. Dum hæc apud Bactros geruntur, interim inter Parthos & Medos bellum oritur, cum uarius utriusq; populi casus fuisset, ad postremũ uictoria penes Parthos fuit. His uiribus auctus Mithridates Mediæ Bacasum in regno præponit, ipse in Hyrcaniam proficiscitur. Vnde reuersus, bellum cum Elimeorum rege gessit, quo uicto, hanc quoq; gentem regno adiecit, imperiumq; Parthorum a monte Caucaso multis populis in ditionem redactis, usq; ad flumen Euphratem protulit. Atq; ita aduersa ualetudine arreptus, non minor Arsace proauo gloriosa senectute decessit.

Exemplũ parricidij & magne crudelitatis. pater à filio trucidatus.

Mithridatis Parthorũ regis fœlicia bella.

LIBER XLII.

POst necem Mithridatis Parthorum regis Phrahartes filius eius rex constituitur, qui cum inferre bellum in ultionẽ tentati ab Antiochi Parthici regni Syriæ statuisset, Scytharũ motibus ad sua defendenda reuocatur. Nanq; Scythę in auxiliũ Parthorũ

Phrahartes Parthorũ rex sextus.

aduerſus Antiochum Syriæ regem mercede ſollici
tati, cum confecto iam bello ſuperueniſſent, in ca
lumnia tardius lati auxilii mercede frauderentur, do
lentes tantū iis itineris fruſtra menſum, cū uel ſtipen
dium pro uexatione, uel aliū hoſtem dari ſibi poſce
rent, ſuperbo reſponſo offenſi, fines Parthorum ua
ſtare cœperunt. Igitur Phrahartes cū aduerſus Scy
thas proficiſceretur, ad tutelam regni reliquit Hy
murū quendam, pueritiæ ſibi flore conciliatū, qui ty
rannica crudelitate, oblitus & uitæ præteritæ, & ui
carii officii, Babylonios, multaſq; alias ciuitates im
portune uexauit. Ipſe autem Phrahartes exercitum
Græcorū, quem bello Antiochi captum, crudeliter
ſuperbeq; tractauerat, in bellum ſecū ducit, imme
mor prorſus, quod hoſtiles eorū animos, nec capti
uitas minuerat, & inſuper iniuriarum indignitas ex
acerbauerat. Itaq; cū inclinatā Parthorū aciē uidiſ
ſent, arma ad hoſtes tranſtulerunt, & diu cupitā ca
ptiuitatis ultionem exercitus Parthici, & ipſius Phra
hartis regis cruenta cæde executi ſunt. In huius locū
Artabanus patruus eius rex ſubſtituitur. Scythæ
autem contenti uictoria, populata Parthia, in pa
triam reuertuntur. Sed Artabanus bello Colchata
riis illato, in brachio uulneratus, ſtatim decedit. Huic
Mithridates filius ſuccedit, cui res geſtæ magnū co
gnomen dedere. Quippe claritatem parentum, emu
latione uirtutis accenſus, animi magnitudine ſuper
greditur. Multa igitur bella cum finitimis magna

Phrahartis cum Scythis bellum.

Græcorū exercitus deficit à Phrahartes.

Artabanus Parthorum rex. 7.

Mithridates Parthorum rex. 8.

uirtute

uirtute gessit, multosq; populos Parthico regno addidit. Sed & cũ Scythis prospere aliquoties dimicauit, ultorq; iniuriæ parentum fuit, ad postremũ Artoadisti Armeniorũ regi bellum intulit. Sed quoniã ad Armeniã transitum facimus, origo eius paulo altius repetenda est. Necq; enim silentio pręteriri tantũ regnum fas est, cũ fines eius post Parthiã omnium regnorũ magnitudinẽ superent. Siquidẽ Armenia a Cappadocia usq; undecies centena millia ad mare Caspium patet, sed in latitudine millia passuum septingenta porrigitur. Condita est aũt ab Armenio lasonis Thessali comite, quem cũ perditum propter insignem periculosamq; regno suo uirtutẽ Pelias rex cuperet, denunciata militia in Colchos eum abire iubet, pellẽq; arietis memorabilẽ gentibus reportare, sperans interitum uiri, aut ex periculo tam longę nauigationis, aut ex bello tam profundæ barbarię. Igitur Iason diuulgata opinione tam glorioſæ expeditionis, cum ad eum certatim principes iuuẽtutis totius ferme orbis concurrerẽt, exercitum fortissimorum uirorum, qui Argonautæ cognominati sunt, comparauit. Quem cum magnis rebus gestis incolumem reduxisset, rursus a Peliæ filiis Thessalia pulsus magna ui, cum ingenti multitudine, quæ ad famam uirtutis eius ex omnibus gentibus quotidie confluebat, comite Medea uxore, quã repudiatam miseratione exilii rursus receperat, & Medeo priuigno ab Aegeo rege Athenienſium genito, Colchos repetiuit, loce

Artuasdem Plutarchus appellat.

Armenij regni & gentis origo.

Armenius Iasonis comes.

IASONIS *historia.*

Argonautæ.

Medea Iasonis uxor.

rumq; etiam regno pulsum restituit. Magna deinde bella cum finitimis gessit, captasq; ciuitates partim regno soceri ad abolendam superioris militiæ iniuriam, qua & filiam eius Medeam abduxerat, & filiũ Aetæ Aegialum interfecerat, adiunxit, partim populis, quos secum adduxerat assignauit. Primus humanorũ post Herculem & Liberũ qui reges oriẽtis fuisse traduntur, eam cœli plagã domuisse dicitur. Populis quibusdam Phrygiũ, & Ansistratũ aurigas Castoris & Pollucis duces assignauit, cũ Albanis fœdus percussit, qui Herculẽ ex Italia ab Albano mõte, cum Geryone extincto, armenta eius per Italiam duceret, secuti dicuntur, quicq; memores Italicæ originis, exercitum CN. Pompeii bello Mithridatico fratres salutauere. Itaq; Iasoni totus ferme oriens ut cõditori, diuinos honores templaq; constituit, quæ Parmenio dux Alexandri Magni post multos annos dirui iussit, ne cuiusq̃ nomẽ in oriẽte uenerabilius q̃ Alexandri esset. Post mortẽ Iasonis Medus æmulus uirtutis eius, in honorẽ matris Medeæ, Medeã urbẽ condidit, regnũq; e nomine suorum Medorũ constituit, sub cuius maiestate omne postea imperium fuit. Albanis uicinæ Amazones sunt, quarũ reginã Thalestrẽ concubitũ Alexandri petisse multi authores prodidere, Armenius quoq; & ipse Thessalus unus de numero ducũ Iasonis, recollecta multitudine, quę amisso Iasone rege passim uagabat, Armeniã condidit, a cuius montibus Tigris fluuius modicis primo

Iasonis gesta.

Albani in oriente ex Italia oriundi.

Iasonis honores.

Medus Medorum regnum constituit.

Amazones.

Armenius Armeniam condidit.

primo incremẽtis naſcitur. Interiecto deinde aliquan to ſpacio ſub terras mergitur, atq; ita poſt .xxv. mil lia paſſuum grande iam flumẽ in regione Sophone emergit, ac ſic in paludes Euphratis recipitur. Igitur Mithridates rex Parthorũ poſt bellũ Armeniæ pro pter crudelitatẽ, a ſenatu Parthico regno pellitur. Fra ter eius Horodes cum regnũ uacans occupaſſet, Ba/ byloniam quo Mithridates confugerat, diu obſidet, & fame coactos in deditionẽ oppidanos cõpellit. Mi thridates aũt fiducia cognationis ultro ſe in poteſtatẽ Horodis tradit. Sed Horodes plus hoſtẽ q̃ fratrem cogitans, in conſpectu ſuo trucidari eum iuſſit. Et poſt hæc, bella cum Romanis geſſit, Craſſumq; im peratorem cum filio, & omni exercitu Romano de leuit. Huius filius Pacorus miſſus ad perſequendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria geſtis, in Parthiam patri ſuſpectus reuocatur, quo abſen te exercitus Parthorum relictus in Syria a Caſſio, queſtore Craſſi, cum omnibus ducibus trucidatur. His itaq; geſtis non magno poſt tempore Romanis inter Cęſarem, Pompeiumq; ciuile bellũ oritur, in quo Parthi Pompeianarum partium fuere, & pro pter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico iunctam, & propter Craſſi necem, cuius filium in partibus Cæſaris eſſe audierant, quem ultorem pa tris uictore Cæſare futurum non dubitabant. Itaq; uictis partibus Pompeianis, & Caſſio & Bruto auxilia aduerſus Auguſtum & Antonium miſere,

Tigridis fluuij deſcriptio

Horodes Parthorum rex quẽ Plutar. Hyrodem uocat.

Exemplum impietatis. Craſſus à Parthis trucidatur Plutarchus in Craſſo

Parthorũ cũ Ro. bella.

Bellum ciuile in quo Parthi Pompeiũ ſunt ſecuti.

& postbelli finem rursum Pacoro duce cum Labieno inita societate Syriam, & Asiam uastauere, castracꝫ Ventidii, qui post Cassium absente Pacoro exercitum Parthicum fuderat, magna mole aggrediuntur, sed ille simulato timore diu se continuit, & insultare Parthos aliquantisper passus est. Ad postremum in securos, lætosꝫ partem legionū emisit, quarum impetu fusi Parthi in diuersa abiere. Pacorus autem cum fugientes suos abduxisse secum legiones Romanas putaret, castra Ventidii ueluti sine defensoribus aggreditur. Tunc Ventidius reliqua parte legionum emissa, uniuersam Parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit. Nec ullo bello Parthi unꝯ maius uulnus acceperunt. Hæc cum nunciata in Parthia essent, Horodes pater Pacori, qui paulo ante uastatam Syriam, occupatam Asiam a Parthis audierat, uictoremꝫ Pacorum Romanorum gloriabatur, repente filii morte, & exercitus clade audita, ex dolore ad furorē uertitur. Multis diebus non alloqui quenq̄, non cibū sumere, non uocem mittere, ita ut mutus factus uideretur. Post multos deinde dies, ubi dolor uocem laxauerat, nihil aliud quam Pacorum uocabat. Pacorus illi uideri, Pacorus audiri uidebatur, cum illo loqui, cum illo consistere, interdum quasi amissum Hebiliter dolebat. Post longum deinde luctum alia sollicitudo miserandum senem inuasit, quem ex numero triginta filiorum in locum Pacori regem constituat.

Parthorū cū Ventidio pugna.

Parthi uincū tur à Vētidio

Pacorus Parthorū rex uincitur & interficitur à Ventidio.

Plutarchus paulo aliter refert.

Horodis furor et insania

Multæ

Multę pellices, ex quibus generata tanta iuuentus erat, pro ſuis quæcę ſollicite animum ſenis obſidebant. Sed fatum Parthiæ fecit, in qua iam quaſi ſolenne eſt reges parricidas haberi, ut ſceleratiſſimus omniũ, & ipſe Phrahartes nomine, rex ſtatueretur. Itacę ſtatim quaſi nollet mori naturaliter, patrẽ interfecit, fratres quocę triginta trucidat. Sed nec in filiis ceſſant parricidia. Nam cum infeſtos ſibi optimates propter aſſidua ſcelera uideret, ne eſſet qui nominari rex poſſet, adultum filium interfici iubet. Huic Antonius, propter auxilium aduerſus ſe, & Cæſarem latum, bellum cum ſedecim ualidiſſimis legionibus intulit, ſed grauiter multis prælijs uexatus a Parthia refugit. Qua uictoria inſolentior Phrahartes redditus, cũm multa crudeliter conſuleret, in exiliũ a populo ſuo pellitur. Itacę cum magno tempore finitimas ciuitates, & ad poſtremũ Scythas precibus fatigaſſet, Scytharum maximo auxilio in regnum reſtituitur. Hoc abſente regẽ Parthi Tyridatẽ quendam conſtituerant, qui audito Scytharũ aduẽtu, magna amicorũ manu, ad Cęſarem in Hiſpaniã bellum tunc temporis gerentẽ profugit, obſidẽ Cęſari minimum filiũ Phrahartis ferens, quẽ negligentius cuſtoditum rapuerat. Quo cognito Phrahartes legatos ſtatim ad Cęſarem mittit, ſeruũ ſuum Tyridatẽ & filium remitti ſibi poſtulat. Cæſar & legatione Phrahartis audita, & Tyridatis poſtulatis cognitis (Nam & ipſe reſtitui in regnũ deſiderabat, iuris Romanorũ

Phrahartis immania parricidia.

Antonius à Parthis uincitur.

Phrahartes propter crudelitatẽ è regno pellitur.

Phrahartes in regnum reſtituitur.

Tyridates ad Cæſarem profugit.

Phrahartis ad Cæſarem legatio.

futuram Parthiam affirmans, ſi eius regnũ muneris eorũ fuiſſet) necꝫ Tyridatem dediturum ſe Parthis dixit, necꝫ aduerſus Parthos Tyridati auxilia daturũ. Ne tamen a Cęſare nihil per omnia obtentũ uideretur, Phraharti filium ſine precio remiſit, & Tyridati quoad manere apud Romanos uellet, opulentũ ſumptum pręberi iuſſit. Poſt hæc finito Hiſpano bello, cum in Syriam ad componendum orientis ſtatum peruenisſet, metum Phraharti iniunxit, ne bellum Parthiæ uellet inferre. Itacꝫ tota Parthia captiui ex Craſſiano, ſiue Antonii exercitu recollecti, ſignacꝫ cum his militaria Auguſto remiſſa. Sed & filii nepoteſcꝫ Phrahartis obſides Auguſto dati, pluſcꝫ Cęſar magnitudine ſui nominis fecit, q̃ armis alius imperator facere potuiſſet.

Signa et captiui Ro. à Parthis Auguſto remiſſi.

Epiphonema

PArthicis, orientalibuſcꝫ ac totius propemodum orbis rebus expeditis, ad initia Romanæ urbis Trogus, uelut poſt longam peregrinationem domũ reuertitur, ingrati ciuis officium exiſtimans, ſi cum omnium gentium res geſtas illuſtrauerit, de ſola tantum patria taceat. Breuiter igitur initia Romani imperii perſtringit, ut nec modum propoſiti operis excedat, nec utique originem urbis, quæ eſt caput totius orbis, ſilẽtio prætermittat. Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus, tantæ iuſticię fuiſſe traditur, ut necꝫ ſeruierit ſub illo quiſq̃ necꝫ

Vrbis Romæ origo & initia.

Antiquus Italiæ ſtatus.

Saturni regna.

nec̄ꝫ qūicq̄ priuatæ rei habuerit, ſed omnia cōmunia, & indiuiſa omnibus fuerint, ueluti unum cunctis patrimonium eſſet: Ob cuius exempli memoriam cautum eſt, ut Saturnalibus exequato omnium iure paſſim in cōuiuiis ſerui cum dominis recumbāt. Itaq̄ Italia regis nomine Saturnia appellata eſt, & mons, quem inhabitabat Saturnus, in quo nunc ueluti a Ioue pulſo ſedibus ſuis, Saturno Capitoliū eſt. Poſt hunc tertio loco regnaſſe Faunum ferunt, ſub quo Euander ab Arcadiæ urbe Palanteo in Italiam cum mediocri turba popularium uenit, cui Faunus & agros & montem, quem ille poſtea Palatinū appellauit, benigne aſſignauit. In huius radicibus templum Lycęo, quē Græci Pana, Romani Lupercū appellāt, conſtituit. Ipſum Dei ſimulacrū nudū caprina pelle amictum eſt, quo habitu nūc Romę lupercalibus decurritur. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ aſſidue diuino ſpiritu impleta, uelut per furorem futura præmoenbat, unde adhuc qui inſpirari ſolent, fatuari dicuntur. Ex filia Fauni, & Hercule, qui eodem tempore extincto Geryone armenta, uictoriæ prędia, per Italiam ducebat, ſtupro conceptus Latinus procreatur, quo tenente regnū Aeneas ab Ilio, Troia a Græcis expugnata, in Italiam uenit, ſtatimq̄ prælio exceptus, cum in aciem exercitum eduxiſſet, & ad colloquium uocatus, tantam admirationem ſui Latino præbuit, ut in ſocietatem regni reciperetur, & Lauinia in matrimoniū data ei, gener aſciſceretur.

Saturnalia.

Italia Saturnia dicta.

Capitolium.

Faunus Italiæ rex.

Euander.

Palatinus mons.

Pan Lycæus.

Lupercalia.

Fatua fauni uxor.

Fatuari.

Latinus ex Fauni filia & Hercule.

Aeneæ in Italiam aduētus

Bellū Aeneæ cum Turno.

Post hæc commune utriusq; bellum, aduersus Turnum Rutilorum regem, propter fraudatas Lauiniç nuptias, fuit. In quo & Turnus, & Latinus interierunt. Igitur cum Aeneas iure uictoriæ utroq; populo potiretur, urbem ex nomine uxoris Lauiniæ condidit. Bellum deinde aduersus Mezentium regem Ethruscorum gessit, in quo cum ipse occidisset, in locum eius Ascanius filius successit, qui Lauinio relicto, longam Albam condidit, quæ trecentis annis caput regni fuit. Post multos deinde urbis huius reges, ad postremum Numitor, et Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius cum ætate potiorē Numitorem oppressisset, filiam eius Rheam in perpetuam uirginitatem, ne quis uindex regni sexus uirilis ex genere Numitoris oriretur, demisit, addita iniuriæ specie honoris, ut non damnata, sed sacerdos electa uideretur. Igitur clausa in luco Martis sacro, duos pueros, incertum stupro, an ex Marte conceptos enixa est, quo cognito, Amulius multiplicato metu, prouentu duorum pueros exponi iubet, & puellam uinculis onerat, ex quorum iniuria decessit. Sed fortuna origini Romanæ prospiciens, pueros lupæ alendos obtulit, quæ amissis catulis distenta ubera exinanire cupiēs, nutricem se infantibus præbuit. Cum sæpius ad paruulos, ueluti ad catulos reuerteretur, rem Faustulus pastor animaduertit, subtractoq; feræ in greges pecorum agresti uita nutriuit. Martios pueros fuisse, siue quod

Lauinium. Mezentius. Ascanius. Alba longa ccc. annis regni caput. Numitor et Amulius. Rhea. Lucus Martis. Lupa. Faustulus pastor.

in luco

in luco Martis enixi sunt, siue quod e lupa, quæ in tutela Martis est, nutriti, ueluti manifestis argumentis creditum est. Nomina pueris, alteri Remo, alteri Romulo fuere. Adulti inter pastores de uirtute quotidiana certamina, & uires, & pernicitatem auxere. Igitur cum latrones a rapina pecorum industrie, frequenterque summouerent, Remus ab iisdem latronibus captus, & ueluti ipse esset, quod in aliis prohibebat, regi offertur, crimini datur, quasi greges Numitoris infestare solitus esset. Tunc a rege in ultionem Numitori traditur. Sed Numitor adulescentia iuuenis permotus, & in suspitionem expositi nepotis adductus, cum eum nunc liniamentorum filiæ similitudo, nunc ætas expositionis temporibus congruens, anxium teneret, repente Faustulus cum Romulo superuenit, a quo, origine cognita puerorum, facta conspiratione, & adulescentes in ultionem maternæ necis, & Numitor in uindictam erepti regni armantur. Occiso Amulio regnum Numitori restituitur, & ibi urbs Romana ab adulescentibus conditur. Tunc & Senatus centum seniorum, qui patres dicti sunt constituitur. Tunc & uicinis, connubia pastorum dedignantibus, uirgines Sabinæ rapiuntur, finitimisq; populis armis subiectis, primum Italiæ, mox orbis imperium quæsitum. Per ea adhuc tempora, reges hastas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixere. Nam & ab ori

Romulus & Remus.

Remus capitur.

ROMA cõditur.

Senatus Romanorum.

Hastæ regum pro diademate insignia.

σκηπτοῦχος βασιλεὺς *apud Homerum.*

gine rerum pro Diis immortalibus ueteres haſtas coluere, ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtæ adduntur. Temporibus Tarquinii regis ex Aſia Phocenſium iuuẽtus hoſtio Tyberis inuecta, amicitiam cum Romanis iunxit. Inde in ultimos Galliæ ſinus nauibus profecta, Maſſili am inter Ligures, & feras gentes Gallorum condidit, magnaſq; res, ſiue dum armis ſe aduerſus Galli cam feritatẽ tuentur, ſiue dum ultro laceſſunt, a quibus fuerant ante laceſſiti geſſerunt. Nanq; Phocenſes ex ignauitate ac macie terræ coacti, ſtudioſius mare quã terras exercuerunt, piſcando, mercando, plerunq; etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloria habebatur, uitam tolerabant. Itaq; in ultimam Oceani oram procedere auſi in ſinum Gallicum hoſtio Rhodani amnis deuenere, cuius loci amœnitate capti, reuerſi domum, referentes quæ uiderant plures ſollicitauere. Duces claſſi Furius & Peranus fuere. Itaq; ad regem Segoregiorum Senanũ nomine, in cuius finibus, urbem condere geſtiebant, amicitiam petentes, conueniunt. Forte eo die rex occupatus in adparatu nuptiarum Gyptis filiæ erat, quam more gentis, electo inter epulas genero, nuptũ tradere illi parabat. Itaq; cum ad nuptias inuitati omnes proci eſſent, rogantur & Greci hoſpites ad conuiuiũ. Introducta deinde uirgo, cum iuberetur a patre aquam porrigere ei, quem uirum eligeret, tunc omiſſis omnibus ad Græcos conuerſa, aquam Perano

Tarquinij tẽporib. Phocẽſes in Italiam traiecerunt.

Maßilienſiũ origo, quorũ etiã meminit Thucyd. in proëmio, φωκαεῖς τε μασσαλίαν οἰκίζοντες &c.

Furius & Peranus Phocẽſium duces.

Infperatæ nuptiæ.

rano porrigit, qui factus ex hospite gener, locum cõdendę urbis a socero accepit. Condita igitur Massilia est prope hostia Rhodani amnis in remoto sinu ueluti in angulo maris. Sed Ligures incrementis urbis inuidentes. Græcos assiduis bellis fatigabant. Qui pericula propulsando, intantum enituerunt, ut uictis hostibus, in captiuis agris multas colonias constituerent. Ab his igitur Galli, & usum uitæ cultioris, depositа, & mansuefacta barbaria, & agrorum cultus, & urbes mœnibus cingere didicerũt. Tunc & legibus non armis uiuere, tunc & uitem putare, tunc oliuam serere consueuerunt. Adeoq; & magnus & hominibus & rebus impositus est nitor, ut non Græcia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Greciam translata uideretur. Mortuo rege Senano Segoregiorum, a quo locus acceptus condendę urbis fuerat, cum regno filius eius successisset Commanus, adfirmante regulo quodam, quandoq; Massiliam exitio finitimis populis futuram, opprimendãq; in ipso ortu, ne mox ualidior ipsum obrueret, subnectit & illam fabulam. Canem aliquando partu grauidam, locum a pastore precario petiisse, in quo pareret, quo obtento, iterato petiisse, ut sibi educare in eodem loco catulos liceret, ad postremũ adultis catulis, fultã domestico præsidio, proprietatẽ loci sibi uendicasse. Non aliter Massilienses, qui nunc inquilini uideãtur, q̃nq; dominos regionũ futuros His incitatus rex insidias Massiliensibus extruit. Ita

Maßilia ubi condita.

Galli ciuilẽ et mansuetiorẽ uuendi rationem à Græcis edocti.

Commanus.

Elegans fabula.

Commani in Maßilienses insidiæ.

solenni floraliorum die multos fortes, ac strenuos uiros hospitii iure misit in urbem, plures scirpis latentes frondibusq; supertectos induci uehiculis iubet, & ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit, ut cum nocte prædictis apertę portæ forent, tempestiue ad insidias adessent urbemq; somno, ac uino sepultam armati inuaderent. Sed has insidias mulier quædam regis cognata prodidit, quæ adulterari cum Græco adulescente solita, in amplexu iuuenis miserata formam eius, insidias aperit, periculumq; declinare iubet. Ille rem statim ad magistratus defert, atq; ita patefactis insidiis, Ligures comprehenduntur, latentesq; de scirpis protrahuntur, quibus omnibus interfectis insidiãti regi insidiæ tenduntur. Cæsa sunt cũm ipso rege hostium .vii. millia. Exinde Massiliẽnses festis diebus portas claudere, uigilias agere, stationem in muris obseruare, peregrinos recognoscere, curas habere, ac ueluti bellum habeant, sic urbem pacis temporibus custodire, adeo illic bene instituta, non temporum necessitate, sed recte faciendi consuetudine seruãtur. Post hæc illis magna cũm Liguribus, magna cum Gallis fuere bella, quæ res & urbis gloriam auxit, & uirtutem Græcorum multiplicata uictoria celebrem inter finitimos reddidit. Carthaginensium quoq; exercitus, cum bellum captis piscatorum nauibus ortum esset, sæpe fuderunt, pacemque uictis dederunt. Cum Hispanis amicitiam iunxerunt, cum Romanis, prope

Insidiæ per mulierem produntur.

Insidiæ in auctoris caput uersæ.

Ἐπιφώνημα

Massiliẽsium bella & fortia facta.

prope ab initio conditæ urbis, fœdus ſumma fide cuſtodierunt, auxiliiſq; in omnibus bellis induſtrie ſocios iuuerunt, quæ res illis & uirium fiduciã auxit, & pacem ab hoſtibus præſtitit. Cũ igitur Maſſilia fama rerum geſtarum, & abundantia opum, et uirium gloria uirente floreret, repente finitimi populi ad nomen Maſſilienſium delendum, ueluti ad commune extinguendum incendium, concurrunt. Dux conſenſu omnium Caramandus regulus eligitur, qui cum magno exercitu lectiſſimorum uirorũ urbem hoſtium obſideret, per quietem, ſpecie toruę mulieris, quæ ſe Deam dicebat, exterritus, ultro pacem cum Maſſilienſibus fecit, petitoq; , ut intrare urbem & Deos eorum adorare liceret, cum in arcem Mineruæ ueniſſet, conſpecto in porticibus ſimulacro Deæ, quam per quietem uiderat, repente exclamat illam eſſe, quæ ſe nocte exterruiſſet, illamque recedere ab obſidione iuſſiſſe, gratulatuſque Maſſilienſibus, quod animaduerteret eos ad curam Deorum immortalium pertinere, torque aureo donata Dea, in perpetuum amicitiam cum Maſſilienſibus iunxit. Parta pace, & ſecuritate fundata, reuertentes a Delphis Maſſilienſium legati, quo miſſi munera Apollini tulerant, audiuerant urbem Romanã a Gallis captam, incenſamq; , quam rem nunciatam domi, publico funere Maſſilienſes proſecuti ſunt, aurumq; & argentum publicum & priuatum contulerunt ad explendum pondus Gallis, a quibus re

Maſſilienſiũ cũ Rom. fœdus & amicitia.

Caramandus.

Maſſilienſiũ erga Romanos ſtudium.

demptam pacem cognouerant. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus ſpectaculorum in ſenatu datus, & fœdus æquo iure percuſſum. In poſtremo libro Trogus maioresſuos a Volſcis origi nem ducere, auum ſuum Trogum Pompeium Serto riano bello ciuitatem Cn. Pompeio percepiſſe di cit. Patruum Mithridatico bello turmas equitũ ſub eodem Pompeio duxiſſe. Patrem quoq; ſub Caio Cæſare militaſſe, epiſtolarumq; , & legationum ſi mul, & annuli curam habuiſſe.

Pompeij Trogi genus & maiores.

LIBER XLIIII.

DE HISPANIA.

Hiſpania unde dicta.

Hiſpaniæ ſitus.

HIſpania, ſicuti Europæ terminos claudit, ita & huius operis finis futura eſt. Hanc ueteres ab Hybero amne primum Hyberiam, poſtea ab Hiſpalo Hiſpaniam cognominauerunt. Hæc inter Africam & Galliam poſita, Oceani freto & Pyrenæis montibus clauditur, ſicut minor utraq; terra, ita utraq; fertilior. Nam neq;, ut Africa uiolento ſole torretur, neq;, ut Gallia aſſiduis uentis fatigatur, ſed media inter utranq;, hinc temperato calore, inde fœlicibus et tempeſtiuis imbribus in omnia frugum genera fœcunda eſt, adeo, ut non ipſis tantum incolis, uerum etiam Italiæ, urbiq; Romanæ cunctarũ rerum abundantiam ſufficiat. Hinc enim non frumenti tantum copia magna eſt, uerũ etiam uini, mellis, oleiq;. Nec ferri ſolũ materia præcipua eſt, ſed & equorũ pernices greges. Nec ſumma tantum terræ laudanda bona, uerum & abſtruſorum metallorum

Hiſpaniæ laus et fertilitas.

rum

rum fœlices diuitię. Iam lini ſpartiq; uis ingens. Mi nii certe nulla feracior terra. In hac curſus amnium non torrentes, rapidiq; ut noceant, ſed lenes & ui neis, campiſq; irrigui, æſtuariiſq; Oceani affatim piſcoſi. Plerique etiam diuites auro, quod in lau dibus uehunt. Vno tantum Pyrenæi montis dorſo adhęret Galliæ, reliquis partibus undiq; in orbem mari cingitur. Forma terræ prope quadrata, niſi quod arctantibus freti littoribus in Pyrenæum co git. Porro Pyrenæi montis ſpacium ſexcenta millia paſſuum efficit. Salubritas cœli per omnem Hiſpa niam, æqualiſq; aëris ſpiritus, nulla paludum graui nebula inficitur. Huc accedunt & marinæ auræ un diq; aduerſus aſſidui flatus, quibus omnem prouin ciam penetrantibus, euentilato terreſtri ſpiritu, præcipua omnibus ſanitas redditur. Corpora ho minum ad inediam, laboremque, animi ad mortem parati. Dura omnibus & ſtricta parſimonia, bellum q; ocium malunt, ſi extraneus deeſt, domi hoſtem quęrunt. Sæpe tormentis pro ſilentio rerum credi tarum immortui, adeo illis fortior taciturnitatis cu ra, q; uitæ. Celebratur eadem etiam bello punico ſerui illius patientia, qui ultus dominum inter tor menta riſu exultauit, ſerenaq; lętitia crudelitatẽ tor quentiũ uicit. Velocitas genti pernix, inquies ani mus plurimis, militares equi, et arma ſanguine ipſorũ cariora. Nullus niſi feſtis diebus epularũ adparatus. Aqua calida lauari poſt ſecundũ bellum punicum a

De ſparto Pli nius lib. 19. cap. 2. Gelli us lib. 17. ca. 3. meminit & Homerus lib. 2.

Hiſpaniæ flu mina.

Hiſpaniæ de ſcriptio.

Pyrenæi mon tis ſpacium.

Hiſpaniæ ſalu berrimus aër

Hiſpanorum mores.

Epiphonema

Rarũ patien tiæ exẽplum.

Militaris rei ſcientia Hiſpa norum.

Viriatus Hispanorũ dux.

Romanis didicere. In tanta seculorum serie, nullus illis dux magnus præter Viriatum fuit, qui annos decem Romanos uaria uictoria fatigauit (adeo feris propiora quam hominibus ingenia sunt) quem ipsum non iudicio populi electum, sed ut cauendi scientem, declinandorum periculorum peritum secuti sunt. Cuius ea uirtus continentiaq; fuit, ut cum consulares exercitus frequenter uicerit, tantis rebus gestis, non armorum, non uestis cultum, non denicq; uictum mutauerit, sed in eo habitu quo primum bellare cœpit, perseuerauerit, ut quiuis gregarius miles ipso imperatore etiam opulentior uideretur. In Lusitanis iuxta fluuium Tagum, equas uento concipere multi authores prodiderunt, quæ fabulæ ex equarum fœcunditate & gregum multitudine natæ sunt, qui tanti in Gallecia, ac Lusitania tam pernices uisuntur, ut non immerito ipso uento concepti uideantur. Galleci autem, Græcam sibi originem asserunt. Siquidem post finem Troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris inuisum patri Telamoni, cum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, atq; ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse. Inde accepta opinione paternæ mortis, patriam repetisse. Sed cum ab Eurice Aiacis filio accessu prohiberetur, Hispanię littoribus adpulsum loca, ubi nunc est Carthago noua occupasse, inde Galleciam transisse, positisq; sedibus genti nomen dedisse. Gallecię autẽ portio Amphilochi dicuntur.

Viriati mode ratio.

Fabula de equab. Hispanorum.

Galleci.

Teucer.

Salamina.

Gallęciæ fertilitas.

Regio

Regio cum æris & plumbi uberrima, tum minio, quod etiã uicino flumini nomen dedit. Auro quoq; ditissima adeo, ut etiam aratro frequenter glebas aureas excindant. In huius gentis finibus sacer mons est, quem ferro uiolari nefas habetur. Sed si quando fulgure terra prosciſſa est, quæ in his locis assidua res est, detectum aurum, uelut Dei munus colligere permittitur. Fœminæ res domesticas, agrorumq; culturas administrant, ipsi armis, & rapinis seruiunt. Præcipua his quidem ferri materia, sed aqua ipso ferro uiolentior. Quippe temperamento eius ferrum acrius redditur, nec ullum apud eos telũ probatur, quod nõ aut Bilbili fluuio, aut chalybe tingatur. Vnde etiam Chalybes fluuii huius finitimi appellati, ferroq; cæteris præstare dicuntur. Saltus uero Tartesiorum, in quibus Titanas bellum aduersus deos gessisse proditur, incoluere Curetes, Quorũ rex uetustissimus Gargoris, mellis colligendi usum primus inuenit. Huic cum ex filiæ stupro nepos prouenisset, pudore flagitii, uariis generibus extingui paruulum uoluit, sed per omnes casus fortuna quadam seruatus, ad postremum ad regnum, tot periculorum miseratione peruenit. Primum omniũ cum eum exponi iussisset, & post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inuentus est uario ferarum lacte nutritus. Deinde relatum domum tra mite angusto, per quem armenta cõmeare consueuerant, proiici iubet, crudelis prorsus, qui proculcari

Sacer mons.

Chalybes.

Saltus Tartesiorum.

Gigantes.

Curetes.

Gargoris.

Exemplũ impietatis et crudelitatis in nepotem.

Puer nutritus à cane, siue, postremum Cerua.

nepotẽ, q̃ simplici morte interfici maluit. Ibi quoq; cum inuiolatus esset, nec alimentis egeret, canibus primo ieiunis, & multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suibus obiici iubet. Itaq; cum non solum non nocerent, uerum etiam quarundam uberibus aleretur, ad ultimum in oceanum abiici iussit. Tum plane manifesto quodam numine inter furentes æstus, ac reciprocantes undas, uelut naue, non fluctu ueheretur, leni salo in littore exponitur, nec multo post cerua affuit, quæ ubera paruulo offeret. Inde denique conuersatione nutricis eximia puero pernicitas fuit, interque ceruorum greges diu montes, saltusq; haud inferior uelocitate peragrauit. Ad postremum laqueo captus, regi datus dono est. Tunc ad liniamentorum similitudinem ex notis corporis, quæ inustæ paruulo fuerant, ne pos agnitus. Admiratione deinde tot casuum periculorumq; ab eodem successor regni destinatur.

Habis rex.

Nomen illi impositum Habidis, qui ut regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, ut non frustra deorum maiestate periculis ereptus uideretur. Quippe barbarum populum legibus iunxit, & boues primo aratro domari, frumentaq; sulco serere docuit, & ex agresti cibo melioribus uesci odio eorum, quæ ipse passus fuerat, homines coegit. Huius casus fabulosi uiderentur, nisi & Romanorum conditores lupa nutriti, & Cyrus rex Persarum cane alitus prodere tur. Ab hoc & ministeria seruilia populo interdicta, &

cta, & plebs in ſeptem urbes diuiſa. Mortuo Habide regnũm permulta ſecula a ſucceſſoribus eius retentum eſt. In alia parte Hiſpaniæ, & quæ ex inſulis conſtat, regnum penes Geryonem fuit. In hac, pabuli tanta lætitia eſt, ut niſi abſtinentia interpellata ſagina fuerit, pecora rumpantur. Inde denique armenta Geryonis, quæ illis temporibus ſolæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Aſia prædæ magnitudine illexerint. Porro Geryonem ipſum non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuiſſe ferunt, ſed tres fratres tantæ concordiæ extitiſſe, ut uno animo omnes regi uiderentur, nec bellum Herculi ſua ſponte intuliſſe, ſed cum armenta ſua rapi uidiſſent, amiſſa bello repetiſſe. Poſt regna deinde Hiſpaniæ primi Carthaginenſes imperium prouinciæ occupauere. Nam cum Gaditani a Tyro, unde & Carthaginenſium origo eſt, ſacra Herculis per quietem iuſſi in Hiſpaniam tranſtuliſſent, urbemque ibi condidiſſent, inuidentibus incrementis nouæ urbis, finitimis Hiſpaniæ populis, ac propterea Gaditanos bello laceſſentibus, auxilium conſanguineis Carthaginenſes miſerunt. Ibi fœlici expeditione & Gaditanos ab iniuria uendi cauerunt, & maiorem partem prouinciæ imperio ſuo adiecerunt. Poſtea quoque hortantibus primæ expeditionis auſpiciis, Amilcarem imperatorem cum magna manu ad occupandam prouinciam miſerunt, qui magnis rebus geſtis dum fortunam

Geryon.

Hiſtoria de Hercule & Geryone.

Quæ fuerit Carthaginenſibus occaſio Hiſpaniæ occupandæ.

00019265

inconsultius sequitur, in insidias deductus occiditur. In huius locum gener ipsius Asdrubal mittitur, qui & ipse a seruo Hispani cuiusdam, ulciscentis domini iniustam necem, interfectus est. Maior utroqꝫ Annibal imperator Amilcaris filius succedit. Siquidem res gestas utriusqꝫ supergressus, uniuersam Hispaniam domuit. Inde Romanis illato bello, Italiam per annos sedecim uariis cladibus fatigauit. Cum interea Romani, missis in Hispaniã Scipionibus, primo Pœnos prouincia expulerunt. Postea cum ipsis Hispanis grauia bella gesserunt, nec prius perdomitæ prouinciæ iugum Hispaniæ accipere potuerunt, q̃ Cæsar Augustus perdomito orbe uictricia ad eos arma transtulit, populumqꝫ barbarum, ac ferum legibus ad cultiorem uitę usum traductum, in formam prouincię redegit.

Finis Librorum Iustini Historici.

QVANQVAM IN MONARCHIIS ET ANNORVM ratione constituenda, uehementer uarient auctores, tamẽ ut historiæ series atq; ordo facilius à pueris posset percipi, adnotauimus, partim ex Eusebio, partim ex Berosо & Metasthene, ea tantum quæ ad planiorem paulo & explicatiorem iustim lectionem conducere uidebantur.

PRIMA MONARCHIA ASSYRIORVM, in qua reges fuerunt.

NINVS Iouis Beli filius, primus regnauit annis · 52 ·
Semiramis Nini uxor · 2 · annis · 42 ·
Zames Ninias Semira· filius·3·an·38·
Arius · 4 · annis · 30 ·
Aralius · 5 · annis · 40 ·
Baleus Xerxes · 6 · annis · 30 ·
Armatrites· 7 · annis · 38 ·
Belochus Baal sacerdos · 8 · annis · 35 ·
Baleus · 9 · annis · 52 ·
Altadas · 10 · annis · 32 ·
Mamitus · 11 · annis · 30 ·
Mancaleus · 12 · annis · 30 ·
Sterus seu Spherus · 13 annis · 20 ·
Mamelus · 14 · annis · 30 ·
Sparetus · 15 · annis · 40 ·
Ascatades · 16 · annis · 40 ·
Amyntas · 17 · annis · 45 ·
Belochus · 18 · annis · 25 ·
Bellopares · 19 · annis · 30
Lamprides · 20 · annis · 32
Sosares · 21 · annis · 20
Lampares · 22 · annis · 30
Panyas · 23 · annis 45
Sosarmus · 24 · annis · 19
Mitreus · 25 · annis · 27
Tautanes · 26 · annis 32
Tauteus · 27 · annis · 40
Tineus · 28 · annis · 30
Dercillus · 29 · annis · 40
Eupales · 30 · annis · 38
Laosthenes · 31 · annis · 45
Pyriciades · 32 · annis · 30
Ophrateus · 33 · annis · 20
Ophratanes · 34 · annis · 50
Ocrasapes · 35 · annis · 42
Sardanapalus · 36 · & postremus annis · 20

Durauit hoc Assyriorum imperium annos 1 2 3 9.

SECVNDAE MONARCHIAE. MEDORVM REGES.

Arbaces · 1 · annis · 28
Mandanes · 2 · annis · 50

00019265

Sosarmon · 3 ·	annis · 30	Artines · 7	annis · 22
Articarmines · 4	annis · 50	Astybares · 8	annis · 20
Arbianes · 5 ·	annis · 22	Astyages · 9	annis · 30 ·
Arceus · 6	annis · 40		

Stetit Medorum regnum, annis · 300 · minus · 8 · annis ·

TERTIA MONARCHIA PERSARVM,

habuit reges XIIII ·

CYRVS *primus imperauit*	an · 30	Xerxes · 8	mensib · 2
Cambyses · 2	annis · 7 · mensib · 5	Sogdianus · 9	mensib · 8
Patizithes & Smerdis *fratres magi*		Darius Nothus · 10	annis · 19
mensibus	7 ·	Artaxerxes Mnemon · 11 ·	annis · 40
Darius · 4	annis · 36	Artaxerxes Ochus · 12	annis · 26
Xerxes · 5	annis · 20	Arses · 13	annis · 4
Artabanus *præfectus, qui Xerxem*		Darius Arsami *filius, quẽ Iustinus Co*	
occidit	mensib · 7	*domanũ dicit adpellatum,*	annis
Artaxerxes longimanus · 7 ·	annis · 40	*sex imperat ·*	

Durauit Persarum imperium annis
230 · & mensibus · 5 ·

QVARTA MONARCHIA ALEXANDR
SEV MACEDONVM · EST AVTEM

rerũ summa potitus Alexander annis · 12 ·
Post quem inter principes regna
sunt diuisa ·

MACEDONVM ·

Arideus	annis · 7	Antipater	annis · 2
Cassander	annis · 18	Sosthenes	annis · 2
Antipater & Alexander	annis · 4	Antigonus Gonatas	annis · 36
Demetrius	annis · 6	Demetrius	annis · 10
Pyrrhus	mensib · 6	Antigonus	annis · 15
Lysimachus	annis · 5	Philippus	annis · 42
Ptolemæus κέραυνος	annis · 1	Perseus *ultimus Macedonum rex*	
Meleagrus	mensib · 2		annis · 10

Summa annorum Macedonici regni · 157 ·
anni, menses octo ·

ASIAE.

Antigonus	annis · 18
Demetrius πολιορκήτης	annis · 17

SYRIAE.

Seleucus Nicanor	annis · 32

SYRIAE ET ASIAE.

Antiochus Soter	annis · 43
Antiochus Theos	annis · 15
Seleucus Gallinicus	annis · 20
Seleucus Ceraunus	annis · 3
Antiochus magnus	annis · 36
Seleucus Philopator	annis · 12
Antiochus Epiphanes	annis · 11
Antiochus Eupator	annis · 2
Demetrius Soter	annis · 22
Alexander	annis · 10
Demetrius	annis · 3
Antiochus Sedetes	annis · 9
Demetrius iterum	annis · 4
Antiochus Gryphus	annis · 12
Antiochus Cyricænus	annis · 18
Philippus	annis · 2

Durauit Syriæ regnum, annis · 2 8 9.

AEGYPTI.

Ptolemæus Lagi filius	annis · 40
Ptolemæus Philadelphus	annis · 38
Ptolemæus Euergetes	annis · 26
Ptolemæus Philopator	annis · 17
Ptolemæus Epiphanes	annis · 24
Ptolemæus euergetes	annis · 20
Ptolemæus Phiſcon ſiue ſoter	an · 17
Ptolemæus Alexander	annis · 10
Ptolemæus Lathirus	annis · 8
Ptolemæus Dionyſius	annis · 30
Cleopatra	annis · 22

Stetit Aegypti poſt Alexandrum regnum annis · 2 8 8.

ALEXANDRI MONARCHIA

durauit annos · 3 0 0.

Haganoæ apud Iohan. Secer.
Anno M D XXVI.

00019265

00019265


000019265

00019265

00019265

00019265

00019265



000019265

00019265

A S I

Antigonus annis · 18
Demetrius πολιορκήτης annis · 17

SYRIAE.

Seleucus Nicanor annis · 32

SYRIAE ET ASIAE.

Antiochus Soter annis · 43
Antiochus Theos annis · 15
Seleucus Gallinicus annis · 20
Seleucus Ceraunus annis · 3
Antiochus magnus annis · 36

Durauit Syriæ regn

A E G Y

Ptolemæus Lagi filius annis · 40
Ptolemæus Philadelphus annis · 38
Ptolemæus Euergetes annis · 26
Ptolemæus Philopator annis · 17
Ptolem
Ptoler

I A

